roico: Arma uirūq; cão troiæ q; prim⁹ ab oris. Nu  
merum angelicum syllaba breuiata esse mōstraui  
heroicum. Item priapeiū si syllabam surripias fie  
ri heroicum.

Finis.

Cebetis Thebani Tabula: E Græco  
in Latinum conuersa per Ludo  
uicū Odaxium Patauinū.



Asū euenerat: ut in Saturni sacello  
deābularem⁹: Vbi cū plerasq; alias  
oblationes: tū tabulā qndā pro tem  
plo positam intuebamur: in qua pi  
ctura quædam erat pegrina: & quæ  
peculiares fabulas cōtineret. Q uas  
conūcere nō poteramus quænam & quales essent.

c iii

Nec n. ciuitas nec uallum pictura illa nobis esse  
uidebatur. Cæterum muri ambitus erat qui duos  
alios ambitus amplectebatur: alterum maiorē: mi-  
norem alterum. Porta ēt erat in primo ambitu: ubi  
nobis turba ingens insistere uidebatur. Intra uero  
ambitum multitudo quædam mulierū uisebatur.  
Primi autem uestibuli & ambitus ingressum senex  
quidam occupabat: qui turbæ igredienti quasi im-  
perare aliquid uidebatur: cuius fabulæ rationē no-  
bis inuicem addubitantibus quidam natu grādior  
assistens nequaquam inquit hospites absurdē faci-  
tis: qui de pictura hac addubitatis. Nō multi enim  
indigenæ qđ huius fabulæ ratio ualeat: intelligūt.  
Quippe quam non ciuis sed peregrin⁹ quidam de-  
dicarit: qui huc iāpridem aduenerat: uir & magna  
prudentia & sapientia prædit⁹: qui cum sermone:  
tū opere quandam Pythagoræ aut parmenidis ui-  
tam fuerat æmulatus. Iis utiqꝫ sacellum & piſturā  
hanc Saturno consecrauit. Vtrum igitur inquam  
ego nosti etiam uirū ipsum⁹ quem uidisti. Immo in  
quit eū multo tempore sum admiratus: siquidem  
adulescēs adhuc & complura studiose disputabat.  
Et ego huiusce fabulæ rationem ex eo differēte sæ-  
pi⁹ audieram. Per Iouem inquam ego nisi quæpiā  
major occupatio te detinet: expone nobis. Audire  
enim magnopere concupiscimus: quidnam hoc fa-  
bulæ sit. Perlibēter o hospites iqt. Atqui hoc pri⁹

admonēdi estis: periculi quippiā inesse huic expo  
sitioni: quodnā inquam ego: quoniā inquit: si quæ  
dicunt: attendetis: intelligetisq; prudentes atq; fœ  
lices euadetis: si min? insipientiam: ifortuniū: cala  
mitatē: atq; ignorantiam consecuti: male uitam de  
getis. Hæc. n. expositio sphigis ænigmati: qd illa  
hoib; præponat: per similis est. nam qcūq; ipsum  
intellexerat: salutē: q non intellexerat: exitiū conse  
quebatur. Eadem est huius enarrationis conditio.  
Sphinx est. n. hoibus ipsa iſipiētia. Hæc āt præpo  
nit: qd bonū: qd malū: qd neq; bonū neq; malū in  
uita sit. Quæ si quis minus intellexerit: ab ea iteri  
mit. neq; id semel sicut is qui depastus a sphinge  
moriebatur. Sed p oēm uitā paulatim absumitur: &  
quēadmodum hi qui perpetuis suppliciis addicti  
sunt. Contra uero si quis agnouerit: occisa demū  
insipientia salutem ipse consequitur. Et beatus fœ  
lixq; per omnem uitam euadit. Quamobrem uos  
attendite: ac diligenter audite. O Hercules q; ma  
gnū nos in desiderium conieciſti: si hæc ita ſe ha  
bent. Atqui ita ſe habent inquit. Nequaq; igit nos  
oratio tua præueniet si quidē nobis attēte auditu  
ris. non ab re præciū huiusmodi præponitur. Sū  
pta itaq; uirga quadā & ad picturam ducta uidetis  
ne inquit ambitum hunc: Videlius hoc imprimis  
animaduerteret uos oportet: locum. s. istū uitā uoca  
ri. Turba porro illa īgens quæ portæ inſiſtit. hi

e iiiii

bibliothe  
Cassiodor  
nubecula

Sphinx q;

Sphingis p  
posita.

**Geni⁹ quid  
imperet.**

sunt omnes in uitam aliquando ingressuri. Senex autem ille superior: qui manu altera paginam quādam tenet. alt̄ era nescio quid demonstrat: Genius appellatur: hic imperat: introeūtibus: qd eos ageſ oporteat: ut ad uitā igrediant̄: & qualē uia prectu ri sint: ostēdit: ut salutē in uita cōsequant̄. Qualē igitur eos iubet uitā carpeſ aut quo pacto inquam ego. Vides ne inquit iuxta portā soliū quoddā eo loco cōstitutū: ubi turba ingreditur. in quo sedet suauibus moribus & formosa indole mulier: quæ poculū manu tenet. uideo: sed qnā hæc ē? Suadela inquit uocatur. Quæ mortales omnes seducit. Quid tū postea agit? Ingredientes ad uitam quo ad per eam fieri potest bibetur compellit. Quæ nam uero hæc est potio? Error inquit atq; ignorātia. Quid tum postea: ubi hanc ebiberunt uitam ingrediuntur: nūquid omnes eum errorem bibūt? necne: omnes iquit bibunt: sed plus alii: alii min⁹. Non uides præterea intra portam mulierū mere tricū multitudinem quandam diuerſos alpectus multifariosq; præferentiū. Video. iste igitur opin ones & cōcupiscētiae & uoluptates uocant̄. Quæ turba ingrediente statim prosiliūt. & unumquēq; amplectūtur: ac deinde abducunt. Et quonam eos abducunt: aliae inquit ut saluent. Aliæ ut per deceptionem interimant. O inquam admirandus uir quam acerbam ac tristem potionem dicis. Atqui

**Suadelæ  
mores &  
forma.**

**Suadelæ  
potio.**

**Hoiū me  
retices.**

omnes inquit optima pollicentur: sæcq; eos ad sceli-  
cem atq; conducibilem uitam esse perducturas. il-  
li uero per ignorantiam: & errorem: quem ab ipsa  
suadela combiberunt: quænam uera uia sit: in uita  
non inueniunt. Sed inconsulto errant: ut uidere li-  
cet ex hiis: qui prius ingredientes eo circumuagan-  
tur: quo ipsæ cōmonstrauerit. Video inquā hoc.  
sed mulier illa quænam est: quæ ueluti cæca atq; in-  
sana super lapide quodam rotundo consistere uide-  
tur. Fortuna inquit uocatur. Ea uero nō solum cæ-  
ca sed insana etiam & surda est. Quænam huius  
sunt partes. obambulat inquit quocunq; gentium:  
& aliis quidem facultates eripit. Aliis tradit. Abeis-  
demq; rursus ausfert illico quæ tradiderat: atq; aliis  
temere instabiliterq; concedit. Quapropter ex eo  
argumento ipsius ingenium facile indicatur. Qua-  
le nam hoc est inquam ego: quoniam in rotundo  
lapide consistit. quid tunc ex re significatur: quod  
parum certa atq; instabilia sunt illius munera. Ca-  
lamitates. n. magnæ ac difficiles oriuntur: ubi quis  
in ea fidē collocarit. Turba uero hæc ingēs: quæ  
eam circūstat: quid sibi uult. & quinam uocātur.  
uocantur hui quidem inconsulti: quoru nemo non  
petit: quæ proiiciat: ac dilapidet. Cur uero aspe-  
ctu haud quaquam simili sunt: sed eorum alii gau-  
dere: Alii sublatis manibus tristari uidētur. Qui  
cūq; inquit eorum gaudere ac ridere uidentur. Hi

Fortūa sup  
lapide ro-  
tundo.

Fortūa cur  
super lapi-  
de rotudo.

Fortūæ sub  
ditū qui.

Fortūe do  
na.

sunt: qui a fortuna quippiam acceperunt. a quibus etiam bona fortuna nuncupatur. Qui vero flere: ac manus pretendere uidentur: Hi sunt: a quibus abstulit. quae tradiderat antea. A quibus fortuna mala nominatur: Et quænam sunt: quæ illis elargi tur. per quæ tantopere cum accipiunt: lætantur. quum amittunt: lugent: hæc inquit ea sunt: quæ a plerisq; hominibus bona existimantur. Et quænam sunt ea: Diuitie. s. & gloria: & nobilitas & liberi: & tyrranides. & regna & alia quæcūq; id gen?. Hæc autem nūquid bona non sunt? De hiis inquit alias disputabimus. Nūc circa fabulae narrationem uer semur. ita inquit sit. Vides igitur ubi portam hanc præterieris ambitum alterum superiorem: mulie: resq; extra ambitum collocatas meretricio ornatu insignes. & ualde inquam. Ex hiis hæc incontinen tia: hæc luxuria: hæc auaritia: hæc assentatio nun cupatur. Quid hīc potissimum astant: Eos inquit obseruant: quia fortuna qppiam acceperūt. Quid tum deinde: exiliunt atq; amplexantur eos: & adu lantur: & ut penes maneant: obtestantur. uitam iu cundam atq; labore omni & incommodo uacuam illis affore promittentes. Si quis itaq; persuasus ea rum blandiciis eo se contulerit: tantiſ per illi suauis uidetur ea conuersatio: quoad hominem titillaue rit: deliniueritq; postea secus: Vbi. n. resipisceſ cœ perit. Tum demum ab eaſe non tam oblectatum:

q̄ absument & contumeliis affectum intelligit. Quo sit: ut cum omnia prodegerit: quæ a fortuna fuerat consecutus: tunc illis mulieribus inseruire atq̄ in honesta omnia sustinere: & turpia quæ q̄ ac pernitosia illarum gratia cogatur admittere. Veluti furtum: sacrilegium: perjurium: proditio nem: deprædationē: & quæcūq̄ hiis similia. Vbi uero eos defecerint: punitioni addicūtur. Et quæ nam hæc est? Vides ne retro eas quandam ueluti bestiolam: locūq̄ pariter angustū & tenebrosum. Vbi etiam turpes ac sordidæ pannosæq̄ mulieres uersari uidetur? Et ualde inquam: Ex his igitur inquit quæ flagellum tenet pūtatione nuncupat. Quæ caput intra genua habet: tristitia. Qui uero capillos suos euellit: dolor. Hic aliis uero qui deformitatem: macilentiam: & nuditatem præferens iuxta eas accubat. ac deinde similis illi turpis et macilenta quædam: qnam sunt? Hunc sane iquit luctū appellant. illa uero ipsius sororē moestitiam. his itaq̄ tradit: & eorum cōturbanio. cruciat. Post denuo in aliud infelicitatis domiciliū trudit: atq̄ reliq̄ uitā in oī miserī traducit: nisi forte illi pænitētia obuiā pdierit. Quid tū postea cōtigit? si poenitētia illi obuiā fuerit: eripit eū ex ifortuniis: & alterā illi opinionē alterumq̄ desiderium iprimit. per qđ ad uerā disciplinam perducitur: & ad eam quæ falsa disciplina nūcupatur. Quid tum postea? si inquit

Diligibili  
fieri possit

Luctū hitus

Diligibili  
fieri possit  
solus aī capi  
tolleris.

Luctū soror

Diligibili  
fieri possit

eam opinionem suscepit: quæ ad uerā disciplinam  
perueat: ab ea mundatus: expiatusq; salutem: beati  
tudinem: felicitatem in uniuersa uita lucraturū.  
Si secus denuo: a falsa illa opinioē seducit: O Her  
cules q̄ magnū est hoc aliud discriben. Hæc aut̄  
inq̄ ego: falsa disciplina quænā est. Vides ne alte  
rum illū ambitū. Video inq̄ ego: atqui extra ambi  
tum in uestibulo mulier quædā assistit. quæ mūdi  
tiā cōstantiāq; nō mediocrē prætendit. Apprime  
inq̄. Hanc igit̄ iquit pleriq; hoies & uulgus uocat  
disciplinā. Cū falsa poti⁹ disciplia sit. huc sane pri⁹  
applicant q̄ salui fiunt. Vbi ad uerā disciplinam  
puenire uoluerint. Nunquid alius ad ueram disci  
plinam aditus non patet. Patet inquit. Hi uero in  
tra ambitum declinantes: quinam sunt homines:  
Falsæ inquit disciplinæ sunt amatores decepti:  
seçq; opinantes ueræ disciplinæ contubernio frui.  
Et quinam uocantur hii: Alii iquit poetæ: alii ora  
tores: alii dialectici: alii musici: alii arithmeticici: alii  
geometræ: alii astrologi: alii uoluptuarii: alii periv  
patheticici: alii critici. & quicunq; eiusmodi sunt. Il  
le aut̄ mulieres quæ uidentur circumcurrere prio  
ribus illis similes: in quibus incontinentiam: & re  
liquas una esse affirmabas: quænam sunt: illæ ipsæ  
sunt inquit. Nunquid etiā huic ingrediuntur. ita  
per iouē in hiis simulq; etiā insipiētia: neq; ab opi  
nione ac reliquis malis euadēt: priusq; rapudiata

## Disciplinæ falsæ hitus.

Disciplinæ  
falsæ amia-  
tores & cul-  
tores.

falsa disciplina ueracem uiam ingressi fuerint: & purgatoriam eorum uirtutem admiserint. & mala oia: quibus inuoluuntur: & opinioneſ & ignorantia & reliquam oem prauitatem sequeſtrauerint: tum demum ita ſalui: & incoluſes erunt. Nec ullo unq falsae disciplinæ comertio labefactari poterunt: ne q horum ſtudiorum ḡra mali quippiam adipiſcen tur. Et quænam hæc uia eſt: quæ ad uerā disciplinam ferat. Vides inquit locū illum ſuperiorē: ubi nullus inhabitat: Sed ſolitudo igens eſſe uidetur: Video præterea ianuā quādam puſillam: ante quā uia quædam eſt: quæ non multū admodū frequen tatur. Qui ppe quā pauci admodū terunt: q accli uis & aspera: & ſaxoſa uideatur. & ualde inquā. Collis præterea quidā excelsus appetet: ad eūq anguſt' admodū ascēſus: & q multa pſūda hīc ide præcipitia offerat. Video. hæc igit̄ inqt uia ē: q ad ue rā disciplinā ducit. Aspectu i primis formidolosa. Porro circa collis ſupiorē partem: ſaxum igens & præaltum uſq̄ quaq̄ præruptum uides: Video in quam. Vides præterea mulieres duas ſupra ſaxum conſtitutas pulcritudine atq̄ habitudine corporis excellentes: ac manus per quam alacriter pten den tes: Video: ſed quænam in quam uocātur: Altera inquit cōtinentia altera constantia nūcupat. Sunt autem germanæ: cur nā igit̄ man' tam alacriter pten dunt: Hortant inquit eos qui ad id loci ueni

Disciplinæ  
ueræ uia af  
pera.

Disciplinæ  
ueræ duces

unt: ut bono animo atq; intrepido sint: admonetq; paululum quippiam adhuc esse tolerandū. Se. n. eos paulopost ad pulcherrimā uiam perducturas. Vbi uero ad saxum puenerint quonam mō ascen dunt: nullam. n. eo ferentē uiam aīaduerto. Ipsæ a præcipitio illo descendunt. eolq; sursum ad se tra hunt. Deinde recreari & qescere iubent. ac paulo post fortitudinē: audaciāq; cōtribuunt. eosq; ad ue ram disciplinā deducere se profitent. & uiā osten dunt: q; sit elegās quam plana: quā pūia quā nullis malis obnoxia: ut uides. ita p Iouē uidet. Videsne inquit ante illud nemus locum quēdam q; pulchri tudinem amoenitatēq; pratorq; præfert: multoq; lu mine illustratur? Et ualde inquam. aīaduertis igit in prati meditullio ambitū alium & portam alia. ita sane: sed quonam pacto locus hic nuncupat?

Fortunato  
rum domi  
ciliū.

Disciplinæ  
ueræ soliū.  
Disciplinæ  
ueræ comi  
tes.  
Disciplina  
cur lapide  
qdrato stet

Fortunatorū inquit domiciliū. hic. n. uirtutes oēs & fœlicitas ipsa uersat. Esto inquā ego. eam esse loci pulchritudinem. Qui īquit aspicis: ppe portā quā formosa & cōstanti facie mulier existat: mediā indiscretam iam ætatem: habitum uero & ornatū simplicem præseferens. Eaç non in rotundo sed in quadrato lapide secura & munitia cōsistit. Duæ præterea aliae: quas tāquam filias una secum habere uidetur: ita prorsus appetet. Harum igitur quæ medium locum tenet: disciplina est: eam ueritas & persuasio comitatur. Cur autem hæc quadrato la

pidi potissimum insistit? Ex eo inqt arguitur. q ad  
eam puenientes securō & certo tramite proficiscū  
tur. Donationes & traditas tuto suscipiunt. Et quæ  
nam illis ab eadono dantur? Confidentialia inqt atq  
aius impterrit?: hæc uero alia quænā sunt: sciētia  
inqt: per quam graue nihil i uita perpeti unquam  
posse se intelligūt. Quam præclara inquā Hercu  
le mūera. Sed quāobrē extra ambitū ita moratur?  
Ut inquit adueniētes excipiāt accurate. ac ui illam  
purgatoriam instillet. purgatos & ac prorsus emen  
datos ita eos ad uirtutes introducat: quonā pacto  
inquam ego: non. n. intelligo. At intelliges inquit:  
quēadmodū si quis grauiter ægrotās medicum ac  
cerstiuerit. purgatoriis statī medicamentis oēs ægri  
tudinis cās eximere conat. Atq ita demū a medi  
co repatus in sanitatē restituit. Qui si medici præ  
ceptis minus obtēperauerit merito repudiatus ab  
ea ægritudine conficit. Hæc intelligo inquā ego:  
eodem itaq pacto ubi quis ad disciplinā puenerit:  
pbe curatur: & uirtute illius irroratur. Ut quāpri  
mum mala oia expurget: eiiciatq quibus adueniēs  
iplicabat. Quænā hæc: Ignorantiā: errorē: quē  
apd Suadelam ebiberat. Arrogatiā: cōcupiscentiā:  
intēpantiā: furorē: auaritiā: & reliq oia: qbus i  
prio ambitu fuerat repletus. Vbi uero satis emun  
dat? fuerit: quonā eū mittit? itro inquit ad sciam:  
alias & uirtutes. Quænā & qless? Vides ne itra por

Disci. ueræ  
dona.

Sciētiae ha  
bitus.

Sciētiae fo  
rores.

Sciētiae mī  
felicitas.

Felicitatis  
soliū & ha  
bitus.

Felicitatis  
dona.

tam cōcētū mulierum q̄ bonae indolis atq̄ institu  
tionis uidentur: q̄ inculto ac simplici habitu præ  
ditæ: nihil i se aut fictum aut accuratius ornatum  
more aliarum prætēdentes. uideo iquā. Sed quæ  
nā hæ uocantur. Prima inqt scia nuncupat. Aliæ  
uero huius germanæ sunt: fortitudo: iustitia: pbi  
tas: tēpantia: modestia: libertas: cōtinētia: Mansue  
tudo: heus inquā optie ergo q̄ magna in spē sum?.  
Modo inqt itelligatis: & q̄ auditis: studiose pcipia  
tis. Atqui inquā ego accurate ac diligenter attēde  
mus. Salui igit iquit eritis. Vbi ergo eū ipsæ susce  
pint: quonā adducūt? Ad matrē inquit. Ea uero  
quænā ē? Fœlicitas inquit. Cuiusmodi at hæc ē?  
Vides ne uiā illā ad sublimē illū uerticē ferentē.  
Quē oēs ambitus ueluti arcē suā āplectūtūr. Vi  
deo. mulier præcellēs i uestibulo cōstituta sup soli  
um excelsum sedet cultu nō tā curioso q̄ liberali:  
Corona florentissima elegāter admodū capiti im  
posita. Ita prorsus ur̄: hæc igitur inqt ē fœlicitas  
ubi igitur ad eā quippiā accesserit: qd rerū gerit?  
Ipsa inquit fœlicitas cum potentiae suæ corona cir  
cūdat. Itidem reliquæ omnes uirtutes: perinde ac  
maximorum certaminum uictores coronare solēt  
Et quænam inquam ego certamina deuicit. Ma  
xima inquit: & maxima etiam monstra. quam pri  
ipsum absu[m]ebāt: asfligebāt: atq̄ i seruitutē redi  
gebāt. Omnia hæc deuicit: ac lōge a se sequestra

uit. Seqꝫ ipsum adeo supauit: ut huic illa nunc ser-  
uant. Quibus ipſe antea in ſeruitutem redactus  
fuerat. Quaenam hæc mōstra dicit: audire. n. ad  
modum cupio. Imprimis inquit ignorantiam & er-  
rorem. An tibi mōstra hæc eſſe nō uidetur? Tetra  
& laboriosa inquā ego. Deinde tristitiam: luctū: &  
auaritiā: & incōtinētiā: & reliquā oēm iprobitatē.  
His oīb' nō ut atēa per: sed ioperat. O p̄clara iquā  
ego faciora: & pulcherrimā uictoriā. Illud autē mi-  
hi etiam expōe: cuiusmodi ſit eius potētia: qua eū  
coronari dixisti. Beatifica iquit o adolescentis. q. n.  
fuerit ea potentia coronatus: & ſc̄elix & beatus euā  
dit. neqꝫ alibi q̄ i ſe ipſo ſpem ſc̄licitatis reponit.  
Quam p̄aeclaram uictoriā dicit. Cæterum co-  
ronatus quid agit: aut quo uadit? Suscipientes eū  
uirtutes ad id loci ducunt: unde primū aduenerat.  
eicꝫ cōmostrat studia iproboru: q̄ male degant: &  
miferæ uiuant: quanta in uita naufragia patientur:  
quātum aberrant: quam ueluti hostium captiuita  
tē p̄aferant. Alii incontinentiæ. Alii arrogantiæ.  
Alii auariciæ. Alii inani gloriæ. Alii aliis malis in-  
ſeruientes: per quæ a calamitatibus: quibus irretiti  
ſunt: exoluere ſe nequeunt: ut ſaluentur: & eo pue-  
niant. Sed in omni uita perturbantur. atqꝫ hoc ppeti  
unt: q̄ huiusmodi uiā iuenire nō pſſūt. Mādatū  
n. a Genio ac numine ſuo traditum: obliuioni mā  
dauerūt. Recte inquā dicere mihi uideris: tametſi

f

hoc et insuper ambigo. Cur nam ei uirtutes locū  
illū cōmonstrent? Vnde prius aduenerat: nihil cer-  
ti nouerat. neq; ullā eorū: quæ ibi agerentur: scie-  
tiam tenebat: sed ignoratiā atq; errorē: quē ebibe-  
rat: ambiguus: quæ bona nō erāt: bona: quæ mala  
nō fuerāt: mala existimabat. Quo circa male et ui-  
uebat: sicut alii pleriq; ibi diuersantes. Nūc uero p-  
cepta utiliū & cōducibiliū rerū scia & ipsæ optimā  
uitā traducit. Et eos qui pessime agūt: cōteplā-  
tur. Vbi igit̄ oīa fuerit cōteplatus qd agit: aut quo  
tēdit: Quo inquit ei collibitū fuerit. Vbi. n. eū se  
curitas hēt pinde ac antrū corytium possideret: &  
quocunq; puenerit: ibi tutissimus rectā uiuēdi rō  
nē assequitur: oēs. n. eū tanq; ægroti medicū liben-  
ter & gratanter excipiēt. Nunquid igit̄ illas mulie-  
res: quæ monstra abs te dicebant: apli? nō ueref:   
ne quid ab eis detrimēti patiat̄. Nihil penitus: qui  
neq; dolore: neq; tristitia: neq; itempantia: neq; aua-  
ritia: neq; paupertate: neq; ullo alio i cōmodo uexet.  
Oib̄. n. imperat: ac præst: a quibus antea præ-  
mebat: eorū instar: q; a uipera morsi aliquando sue-  
rint. Feræ. n. quæ aliis omnibus pernitiem ac mor-  
tem afferūt: illis duntaxat innocuæ sunt: quod eā  
uim ueneno contrariam possident. Ita ne huic qui  
dem quippiam nocet: quia uirtutem uitiis ac max-  
lis oppositam uelut Antipharmacum natus est:  
Recte dicere mihi uideris: sed hæc etiā insuper ex

pone: quinam sunt illi: qui illic a colle aduenire ui-  
dentur: quorū alii coronati lāticiam quandam p-  
se ferunt. Alii ī coronati desperatioē rerū tibias &  
capita lacerare uident̄. Cū alioqñ a qbusdā mulie-  
ribus detineant̄. Coronati sunt inquit qui sōspites  
ad disciplinā puenerūt: eamq̄ consecuti summope  
lātantur. Incoronati uero alii desperatione a disci-  
plina reuertunt̄: male ac misere degētes. Alii metu  
percussi ac pterriti atq̄ ad constātiā refugiētes rur-  
sus errāt: & p uias inuias uagantur. Quæ uero mu-  
lieres eum sequūtur: quænam sunt? Tristitiae iqt̄:  
& molestiae: & anxietates & ignominiae & ignoran-  
tiae. Omnia igitur eos mala sequuntur. Omnia in-  
quit p Iouē subsequunt̄: ubi uero in primū ambīx  
tū ad uoluptatē & incōtinētiā puenerit: nequaq̄ se  
ipsoſ accusant: sed & statim disciplinam & festato-  
res illius maledictis incessunt. Adeo miseri & cala-  
mitosi & infelices hi sunt: qui ab earum contuber-  
nio defecerunt. Male enim uiuunt: & nullis earum  
bonis perfruuntur. Et quæ etiam bona autumant̄  
Luxuriam & ut breui complectar interperantiam.  
Conuiuari. n. & pecudum more scortari maximo-  
rum bonorum fruitionem esse arbitrantur. Aliæ  
uero mulieres: quæ illinc cum risu & hilaritate ad  
ueniūt: quænam uocant̄? Opiniones inqt̄ eos ad di-  
sciplinam ducentes. qui uirtutes ingrediuntur. De  
uia. n. deflectūt aliquāt̄isper ut alios adducant: ad

f ii

moneātq; illos esse fœlicitatē iam cōsecutos : quos  
iam pridem adduxerant. Vtrum igitur inq; ego ip  
sæ intus ad uirtutes ingrediuntur . Nequaq; inqt:  
opinioni . n. ad sciam introire non licet . Sed disci  
plinæ duntaxat eos tradunt. Q uibus a disciplina  
sueptis ipsæ post hac denuo alios adducturæ re  
uertuntur: earum i star nauium: quæ depositis one  
rib; denuo reuertuntur: ut aliis mercibus implean  
tur. Hæc sane inq; mihi re ge uideris differuisse .  
Illud aut nobis nodū patefecisti. Q uidnā Genius  
uitā īgressuris īperet faciēdū? Bono inqt & cōstati  
aio esse: quapp; uos ēt cōfidite. Oia . n. edissertabo.  
nihilq; ptermittā: re ge inq; ego loqr̄is. Protēsa ita  
q; iterū manu aspicite iqt mulierē illā q; cæca eē: &  
rotūdō lapide iſistere ur. Q uā pauloante nūcupa  
ri fortunā asservi . Aspicim;. Huic iqt impat nō  
esse credēdū: nec qcq; aut stabile aut securum aut  
ppriū existimādū. qd ab ea suscepit. nihil. n. phi  
bet: qn oia hæc auferat: atq; alteri tribuat. Q ui p  
pe quæ səpius id agere cōsueuerit. Q ua pp̄ter il  
lius ēt munera pui eē pendēda denūciat. necq; gau  
dendū: ubi dederit: necq; dolendū: ubi abstulerit.  
Eācq; postremo nec uituperādā necq; laudādā. Ni  
hil. n. cū ratione: sed temere omnia facit: ac fortui  
to: ut antea uobis exposui. Q uo circa Genius ille  
imperat: ut nulla eius faciora demiremur. neue ma  
los numularios imitemur. Illi. n. ubi argentum ab

Numularii  
mali.

hominibus accepint: gaudet: & suū esse arbitrant̄.  
Vbi uero repetitur: moleste ferūt: & pessime secū  
actū putant. neq; ineminerūt ea se conditione de  
positū suscepisse: p; quam liceret ei: q; deposuerat:  
iterū recipere. Eandem itaq; in illius muneribus  
habendam esse rationem Genius imperat: recordā  
dūc; eiusmodi ingenium eam fortunæ: ut quæ de  
dit auferat. Statimq; multiplicia rursus accumulet.  
Aliquādo aut̄ non his mō quæ dederat: sed his ēt:  
quæ prius extabāt: facultatibus spoliet. quæcūq;  
igīt dederit: suscipe iubet. atq; ita ad stabilē securā  
q; munificentia diuerti. Q ualē hāc inq; ego: quā a  
disciplina suscipient. Si salutē ibi fuerit cōficiuti.  
Hāc ergo quænā est. Vera iquit scia utiliū rerū:  
securac; & stabilis & imutabilis mūficētia. Q uo  
circa statī ad hāc cōfigere iubet. Cū uero ad illas  
mulieres accesserint: quas antea dixi uoluptatē &  
incontinentiā nūcupari: Illic quoq; ac tutū esse di  
scendendū imperat. ac ne his qdē fidē eē adhibēdā.  
Q uoad ad falsam disciplinā peruenire. Ibi igīt  
aliquātisp; imorari: & qcqd libuerit: ab ea tanq; uia  
ticū accipere iubet. Ac demum postea illic absce  
dere. rectaq; ad uerā disciplinā peruenire. Hoc il  
lud est quod a genio præcipit. Cui si quis aut con  
trari aut min' obediens fuerit: miser miserrime  
moritur. Istius modi sane fabula est: quæ i tabula  
continet. Vobis autem nihil inuideo: si quid ulte

f iii

Litterarum  
studia uicia  
frenant.

Disciplinæ  
ueræ līæ n  
necessariæ.

rius interrogare ac perscrutari uultis: ego uobis exponā. Recte dicas inq̄ ego. Cæterū quid eos cape a falsa disciplina geni? impat: quæ bona & cōduci bilia esse uideātur. Hæc igitur quænam sunt? Litteræ inquit: atq̄ alia mathematū studia: quæ a Platone tradūtur. Veluti uim freni cuiuspiā in coherēdis adoleſcētib⁹ obtinere: ut ne ad alia peiora diſtrahāc. Vtrū uero ea cape oīo necesse ē si q̄s ad ueſtrā disciplinā sit puētur? necne? Nihil inq̄t necesse est: sed alioqñ utilia sunt: tametsi ad reddendos homines meliores nihil conferunt. Nihil ergo affirmas h̄ec esse utilia ad meliores uiros efficiendos. Licet. n. pfecto sine his ēt meliores fieri: illa tamē ēt non inutilia sunt. Quēadmodū. n. quæ aliquando pronūciant: per interprætē cōiicimus. cū alio quin nō inutile sit: nos etiam ipsos si qd pcepim⁹: uoce ac līguā disertiore pseq. Ita sine his ēt studiis fieri meliores nihil phibebit. Nunqd hi:q mathe matici uocantur: ad meliores q̄ alii sint homines efficiendos nihil excessunt? Et quonam pacto ex cellere poterūt: q̄ nihilominus q̄ alii in honorū & malor̄ cognitione decepti etiā oībusuitiis iplicati uideantur. Nihil. n. phibet eū qui litteris erudit⁹ ac disciplinis omnibus fuerit institut⁹ itidem ebrium & intemperantem & avarum: & iniustum: & p ditorē: ac postremo insipietē esse: multos pfecto eiusmodi uidere licet. Quare fieri nō pōt inq̄t: ut

hi p has disciplinas uiri meliores euadat . Nequaq  
appet ex hac rōne : Sed quānā ē cā inquam ego ?  
Q uia in secūdo ambitu uerantur ; tāq ueræ disci  
plinæ appropinquātes . Et quod hoc inquit emolu  
mēti affert : cū plerūq liceat aia duerte de primo  
ambitu in tertiu ab incōtinentia & reliq[u]s uitiiis ad  
ueracē disciplinam pueniētes . Q ui hos mathema  
ticos pratergrediūt . Q uiare quonāmodo p[ro]fici  
unt : n[on]i forte prorsis indociles & durioris ingenii  
sunt : Cur hoc inquam ego ? Q uoniam in primo  
ambitu hoc plus habent : q[uod] quæ nesciunt : nesci  
re se non dissimulant . In secundo uero illud certe  
nesciunt : quod scire se profitentur . Cuius senten  
tiax quoad fuerint ad ueracē disciplinā percipien  
dam nihil oīo promoueri necesse est . Illud præte  
rea nō ignoras : q[uod] opiniōes etiā de primo abitu ad  
eos similiter īgrediunt . Q uo sit : ut illis hi nihilo  
meliores existāt : nisi hos itidē p[ro]cenitētia subsequā  
tur : sibiq[ue] persuadeāt : se non disciplinā sed falsam  
disciplinā attigisse : p[ro] quam decipiūt . Atc[on]q ita  
salui esse non possunt : Q uo circa uos etiam inq[ui]t  
hospites ita facite : & quæ dicuntur : quoad profex  
ceritis : diligenter attendite . Q ui nūmīo de his ip  
sis s[ecundu]m numero considerandum est . Et nihil in  
termittendum : sed reliqua præter rem existimā  
da : alioquin nulla eorum : quæ nunc auditis : utili  
tas erit : ita faciemus . Illud autem explica : cur bō  
.

f. iiiii

na non sint ea: quae hoies a fortuna præcipiunt. Si  
cuti uita: sanitas: diuinitæ gloria: liberi: uictoriae: &  
reliqua his similia: Rursusq; his opposita cur mala  
non sint? Valde. n. absurdum & incredibile hoc no  
bis uidetur. Age itaq; inquit enitere ut quod senti  
as de quibus interrogaris: respondeas. Atq; hoc in  
quam ego faciam facile. Vtrum igitur si male quis  
piam uiuat: Viuere illi bonum censes? Non bonū  
sed malum inquam ego: mihi uidetur. Quonā igi  
tur pacto uiuere bonum est inquit? Si quidem hoc  
per se malum est: quia male uiuentibus malum: be  
ne autem bonum esse mihi uidetur. Ipsum igitur  
uiuere & malum & bonum esse contendis? Ego in  
quam: absit itaq; ut tam absurde loqr̄is. Neq; n. fie  
ri potest ut idem malum pariter ac bonum sit. ita  
n. & utile: & permittiosum. & eligendū & fugiendū  
simul idem semp: quo quid absurdius? Sed quonā  
pacto: si cui male uiueri cōtingat: eidē quoq; malū  
contingat. Ipsum uiuere malū nō est? Atq; uiuere  
& male uiuere sub eodem nō censem. Nūquid nō  
ita tibi uidetur? Profecto idem esse ne mihi quidē  
uidet. Itaq; uiuere non malū est: nam si malum exi  
steret: malum utiq; uiuentibus esset: quia quod per  
se malum est: ipsum uiuere illis adesset. Vera mihi  
dicere uideris? Quoniam igit & male & bene ui  
uētibus uiuere ipsum cōtingit: neq; bonū neq; ma  
lum esse ipsum uiuere cōfirmatur. Sicutine secare

Fortūa do  
na nō bōa.

Vita nī ma  
lū ē nec bo  
num.

quidē atq; uiuere in ægrotatibus morbosum aut sa-  
lubre dicitur: nihilominus in ipso ēt uiuere cōpro-  
batur. Ita res est. Tu itaq; sic aduerter: utrū male ui-  
uere: an potius honeste ac generose mori cupias?  
honeste in quā ego potius mori. Q uo circa ne mo-  
ri quidem est malum. siquidem emori q; uiuere ple-  
rūq; est eligibilius. ita se res habet. eadem est rō de  
sanitate & infirmitate. Sæpius n. sanū esse non cō-  
fert. Verū e contra: cum ita casus tulerit. Vera di-  
cis. Age uero de diuitiis ita consideremus. Siqdem  
plerosq; intueri sæpen numero licet amplissimis di-  
uitiis affluentes: pessime tamen ac miserrime uiue-  
tes. plerosq; per iouem. Q uapropter ad bene uiue-  
dum nihil illis diuitiæ proslunt. non uidet. Imro-  
bi. n. sunt. Non diuitiæ igitur sed disciplina pbos  
ac studiosos efficit. ita sane comprobatum est. Vbi  
autem bonæ sunt ipsæ diuitiæ si ad meliores effi-  
ciendos possessores suos nihil adiuuat: ita prorsus  
apparet. Q uibusdā ergo diuitias h̄e non cōfert:  
ubi diuitiis uti nesciūt. Mihi ita uidetur. Q uo iḡ  
bonū esse id aliquis iudicabit. Q uod plerūq; nō pos-  
sidere satius est. Nullaten?. Si qs iḡ recte ac pru-  
denter diuitiis uti nouerit: bñ ac feliciter uiuet. Si  
secus: male atq; ifeliciter. Verissime diceř hoc mi-  
hi uideris. Sūma uero totius ē: rei: dū hæc aut tāq;  
bona expectuntur: aut tāq; mala despiciuntur. necq;  
aliud ē: quod æque hoībus aut pturbationē aut de

Diuinitæ  
nec bōæ  
nec malæ

trimentum afferat: q̄ cum honoribus afficiuntur.  
Et in solis diuinitiis consistere felicitatem arbitran-  
tur. Consequenterq; nullum earum rerum gratia  
quamvis impium & flagitiosum facinus esse recu-  
sandum. hæc uero propter ipsam ueri boni ignorā-  
tiam patiuntur. Illud enim ignorant: bonum ex ma-  
lo fieri nequaquam. Multos autem uidere licet in  
diuinitarū possessionem ex pessimis ac turpissimis  
facinoribus deuenisse. Veluti proditionib<sup>z</sup>: depre-  
cationibus: homicidiis: calumniis: rapinis: aliisq;  
compluribus & prauis operibus. Ita res est. Si igi-  
tur ut par est: ex malo bonum nullum proueit. Di-  
uinitæ uero ex malis facinoribus proueniunt: Diu-  
nitias nequaquam bonum esse necesse est: Sic ex isto  
sermone contingit. Cæterum ne sapientia quidem  
& iustitia ex malis operibus acquiri pot: necq; itidē  
injusticia & insipientia ex bonis. Siquidem ipsa ea  
dem simul consistere nō possunt. Diuinitas uero &  
gloriam: & uictorias & reliqua id genus multa cū  
prauitate cuiquam contingere nihil phibet. Qua  
propter hæc necq; bona necq; mala censeantur. Cæ-  
terum sapientia duntaxat bonum. Insipientia uero  
malum. Recte inquam & sufficienter mihi dicere  
uideris.

Plutarchi Libellus de differentia  
Inter Odium & Intuidiam.

**N**Ihil fere ab odio differit inuidia sed  
idem esse plane uideat. **V**itia. n. mul-  
titudini hamorum similia sunt: q̄ si  
cum pendētibus ex ipsis affectibus  
huc atq; illuc moueantur: pluribus  
inter se nodis atq; implicationibus  
connectuntur. **I**psæ uero quemadmodū in ægritu-  
dinibus accidit aliæ ob aliarum dolorē cruciantur.  
**F**œlix. n. tam eum qui odia gerit: q̄ inuidū torquet.  
**I**ccirco beniuolentiā utriq; oppositam putamus.  
**N**ihil enim est aliud: q̄ bonorum erga p̄ximum uo-  
lūtas. Odium uero atq; inuidiā eosdem animi affe-  
ctus esse quippe qui contrariā beniuolentiæ optio-  
nem habent. Sed quando non æque idē similitudi-  
nes: ut differentiæ diuersum faciunt: per has p̄scru-  
temur indagemusq; ab ipso horum affectuum ge-  
nere exordium summentes. Nascitur itaq; odium  
ex opinione: q̄ habem⁹: quod is: quem odimus: ma-  
lus sit: aut in uniuersum aut quantum ad nos attix-  
net. Cum. n. fieri sibi iniuriam nonnulli putant: ad  
gerenda odia promptiores redduntur. Afferentes  
igitur iniuriam & malos homines oderunt & inix-  
quo animo ferunt. Inuident uero his duntaxat qui  
ſceliciter uiuere uidetur. Q̄ uapropter inuidia qui-  
dem indeterminata est perinde atq; ægritudo ocu-  
lorum: quæ ad omniem splendorem turbatur. Odi-  
um uero certis clauditur terminis: cum semper in-

Beniuolen-  
tia q.

Odii origo

Inuidia est  
indetermī-  
nata.  
Odiū i oīa  
animalia.

Germāicus  
odit gallū.  
Magi oderūt mures.

Inuidia in  
hoīes tm̄.

Brutorū in  
ter se odiū.

Egithali &  
acantilidū  
mira.

Inuidia sep  
iniusta.  
Odium sae  
pe iustum.

aliquibus subiectis permaneat. Præterea odium est et erga animalia rōe carētia. Feles. n. cātarides q̄ non nulli oderūt & rubetas & serpētes. Germanic⁹ uero neq; gallum aspicere poterat. At persarum magi mures interficiebāt tum quia illos oderant tum quod diis immortalib⁹ eius generis animal molestum esse arbitrabant: quod arabes quoq; & ætiopes faciūt. Inuidia uero dūtaxat hominis & erga hoīem est. Neq; n. iniudicare iter se ferat possunt: cum nullum de felicitate alterius iudicium habeat neq; gloria aut de decore moueatur: quibus rebus inuidia augeri maxime solet. Odium uero & inimicicias iūicem exercit pugnātq; inter se se quasi aduersus quosdam infidos. Aquilæ. n. draconesq; iter se pugnāt: Coronices & noctuæ. Egithali & acantilides: quorū nec crux quidem cum intersecti fuerūt cōmiseri potest. q; si forte miscueris rursus fluīt separaturque. Credibile uero est & maximū illud tam leonis in gallū: q; elephanti in aprum odium ex timore natū esse. Quod. n. timent: facile oderunt omnes. Hoc igitur inter odium inuidiamq; uidetur interesse: q; illud in brutorum etiam natura comperiatur: hæc humanum genus nō excedat. Ad id accedit q; iuste inuidet nemo quisq; potest. Neq; n. ad felicitatem suam q; spīā iniurius & tamē iūidiosus ē. Odio uero complures iuste habentur: sicut hi quos odio dignos appellamus: qui neq; malorum consuetus

dinem fugiūt neq; abominātur necq; iniquo animo  
ferunt. Magnum uero huius rei argumentum est:  
q; nonnulli odio se habere quamplurimos fatent.  
inuidere se alicui negant. Odium.n. malorum lau-  
dabile est. i cīrco fratrīs Lycurgi filium charilaū  
Spartæ præfectum probum & clementem uirum  
laudantibus quibusdam collega eius & quomodo  
inquit probus est charilaus: cum ne in malos qdē  
sit acerbus. Thersitæ quidē turpitudinē corporis  
uarie ac multisfariam poeta descriptis: Peruersitatē  
uero morum breuiter & fere uno uerbo conclusit.  
Odit & hunc magnus pelides odit Vlyxes. Maxi-  
mus enim peruersitatis cumulus est optimis uiris  
inimicum esse. Atqui inuidere se oēs negant: qd si  
qs id eis ostendere conet: mille excusatioēs afferūt  
iratos se esse aut metuere hominē aut odiſſe dicen-  
tes aut alia quis rōne huius affectionis nomē obū  
brantes ac tegentes: qsi hæc sola animi ægritudo  
celāda sit. Necesse est igitur huiusmodi ægritudi-  
nes: sicuti plantas hisdem & nutritri & coalescere:  
& aliæ q̄ppe alijs facillime accedūt. Oderūt itaq;  
quēq; maxime: ut maxime p̄ficere in uitijis cernūt.  
His uero magis inuident: quos ad uirtutem rectio-  
re trāmite prodeūtes intuētur. Quo circa Themis-  
tōles cū adhuc adolescēs eēt: nihil splēdidū a se  
fieri dicebat. Neminiē. n. adhuc se iuidum habere.  
Et. n. quēadmodū cantarides lattioribus frumentis

Odium lau-  
dabile.  
Licurgi fili-  
us charilaū

Peruersita-  
tis cumul-  
lus qui.  
Inuidū ne-  
mo se dicit

Inuidia cā  
Themistō-  
clis dictum

& uiridioribus rosis maxie innascuntur: ita inuidia  
eos præcipue tangit: qui boni sunt quicq; ad virtu-  
tem gloriāq; grassari uidentur. Rursus econtrario  
magnitudo uitiorum odium auget. iccirco calum-  
**Socratis ca-**  
**luniatores**  
**Ath. ifensi.**  
niatores socratis utpote qui ad uitiorū culmen per-  
uenerant adeo oderūt uiri Athenienses aduersatiq;  
sunt: ut neq; eis ignem accendere nec quaerentib; res-  
pondere nec qua illi se se abluissent aqua uti quo  
uerint: sed eam perinde ac sceleratā effundi iusser-

**Socra. calū**  
**niatorum**  
**mors.**  
**Inuidia qd**  
**maiis.**  
**Inuidia qui**  
**caruerūt.**  
rint: donec illi cum perpetim odium amplius non  
possent: suspedio uitam amiserunt. Fœlicitatis ue-  
ro magnitudo ac splendor sæpen numero inuidiam  
extinguit. Neq; enim credibile est Alexandro aut  
cyro inuidere quæpiam imperitantibus & cuncto  
rum iam dominis. Sed quæadmodum sol eius um-  
bram: supra cuius capit astiterit suis aspergens ra-  
diis aut prorsus extinguit aut longe minorem red-  
dit: ita & fœlicitas: cum magnam nocta altitudinē  
fuerit & supra inuidiæ caput splendorē suum sper-  
serit: eam attenuat expellitq; inimicorum autē am-  
plitudo ac potētia odiū haud quaq; minuit. ideoq;  
Alexander inuidum quod habuit neminem: Exo-  
sos uero complures: a quibus tandem per insidias  
**Inuidia nō**  
**In miseris.**  
interfectus est. Simili modo in fœlicitas iuidos qui  
dē compescit. inimicitias uero non tollit. Oderunt  
enim etiam hostes ad extremam redactos calamita-  
tē. At nemo est: qui miseris inuideat, iccirco illud

a quodam e nostris sophistis non sine ratione dictum: inuidos homines libenter commisereri. Quapropter hanc quoque non paruam horum affectuum differenciam esse arbitramur. quod odium neque felices neque fortunatos deserit. inuidia ob utrumque excessum facile comminuitur. iam uero ex contrariis potius id ipsum consideremus. Dissoluunt profecto inimicitias odiūque: si aut sibi persuaserint nulla se se iniuria affectos esse: aut quos uti malos oderant bonos compererint: aut tertio beneficiis placati fuerint. Extrema. n. gratia ut Thucidides inquit & si minor sit: oportunum tamen nacta tempore interdum iniuriam dissoluit. Horum uero primum inuidiam certe non minuit. Quia uilibet enim a principio sibi persuadeant nullam sibi iniuriā inferri: non tamen a liuore abstinent. Nam re liqua duo augent potius inuidiam. His enim inuident magis: qui boni uidentur tanquam summum bonum uirtutem consecutis. Quod si qua a scelici bus beneficia accipiant: dolent illis tum ob uoluntatem tum ob potentiam inuidentes. Illud enim uirtutis est. hoc felicitatis utrumque bonum. Quia propter odium & inuidia omnino diuersi affectus sunt. Si quid his rebus illud quod cessat. haec autem torquetur & crescit iam uero ipsam utriusque affectus electionem consideremus. Habetur enim odium est obesse uelle. & enim potentiam

Inuidi mīa  
cupidi.

Gratia ex  
tremā.

Osoris uox  
luntas.

Odiū quid

Inuidia exī  
tiū nō q̄rit.

eius ita diffiniūt dispositionē quādam ac curiosam male agendi uoluntatē. Ab inuidia uero hoc abest. Neq; n. inuidi multos e propinquis & domesticis suis perire uellent neq; ad extremam miseriam redigi. sed fœlicitatem eorum graui animo ferunt p̄hibentq; si possunt eorum gloriam ac splēdorem: extremā uero calamitatem non optant sed si perinde ac ex altissimis ædibus eam partem: quæ suas obscuriores reddit: deposuerint bene secum agi existimant.

Plutarchi de differētia inter odiū & inuidiā. Finis.

Basilii Oratio De Inuidia E Græco In Latinum  
Conuersa Per Nicolaum perotum.

Inuidia nil  
peius.

**B**onus est deus: & honorū merētib<sup>z</sup> largitor. Malus diabolus: & omniū malorum au<sup>r</sup>tor. At sicuti bon<sup>z</sup> nemini unquam inuidet: ita diabolus continuo liuore uexatur. Fugiamus igitur fratres affectum inuidiæ: ne operum aduersarii nostri participes siamus: neve eiusdem criminis rei peragamur. Etenim si elatus superbia in diaboli iudicium incidit: quo pacto inuidus præparatam diabolo poenam euitare poterit. Inuidia. n. nullum perniciosius crimen humani est ingenitum mentibus. Quod licet inuidio so nullam aferat molestiam: Præcipuum tamen & intestinum inuidi malum ē. Nam sicut rubigo fer

rum: ita inuidia animum hominis ubi insita est: co-  
sumit. Vel potius quemadmodum uiperas tradūt  
uētre in quo genitæ sunt corroso nascit: eodem mo-  
do liuor oppressum exædit animum. Inuidia. n. est  
dolor ex proximi commodo proueniens. Q uapro-  
pter neq; curæ neq; sollicitudies inuidum ullo tem-  
pore deserunt. Fertilis est uicini ager. Affluit om-  
nib; ad uictum necessariis domus. Honos uiro nō  
deest. Hæc omnia alimentum. morbo ministrant.  
& sollicitudinis quædam additamenta sunt inuido.  
Q uapropter nihil differt ab hominè nudo: qui ab  
hominibus cædatur. Fortis est quispiam: inoffen-  
sa ualitudine. Hoc inuidum macerat. Alius ob pul-  
chritudinem est iucūdior. Hæc alia inuido plaga.  
Hic uirtute: prudentia dicendi uiribus multis ante-  
cellit conspicitur ab omnibus: In admiratione ha-  
betur. Alius diues: honoratus: in dandis munera lib;  
splendidus. inferendo indigentibus subsidio libera-  
lis. Ideoq; maximam apud eos: quos sibi beneficis  
deuinxit: laudem consecutus fuit. Hæc quoq; qua-  
si quædam uulnera medium liuidi hominis infici-  
unt pectus. Est & illud in hac ægritudine molestissi-  
mum: q; dolorem suum detegere nemini potest.  
Sed defixos in terram tenēs oculos dirumpitur do-  
lore: & ægritudine cruciat. interrogatus uero quo  
morbo tantopere perturbetur: pudet eum diuulga-  
re calamitatem suam: q; inuidus sit: q; sollicitus: q;

Vipera ma-  
tris uētrem  
exedit.

Inuidia qd

Inuidi co-  
mites.

Inuidia ca-  
usa.

g

ob fortunas amici concipiatur animo dolorem: q̄ frā  
tris fœlicitatem queratur. Deniq̄ q̄ bonorum alte  
rius aspectum pati non possit. Sed proximi sui cō  
moda suam faciat calamitatem. Hæc, n. diceret in  
uidus. Si uera loqui uellet: At quando hanc nemī  
ni æqualium detegere potest in profundo pectoris  
ægritudinem fouet: quæ viscera eius æxedit: con  
sumitq. Quapropter nec medicum eius ægritudi  
nis inuenit: nec medicinam ad id genus morbi con  
ducibilem reperit. quāquam nonnulla de huiusmo  
di medicamentis scripta extent. Sed semper unum  
eius ægritudinis remedium expectat: Ut aliquem  
ex his: quibus inuidet: ruētem cernat. Hic odii ter  
minus est inuidiosum aspicere e fortunato infœlī  
cem factum: Et eum qui antea omnibus erat cōspi  
cius: calamitosum uidetur. Tūc lætaf: cum illum  
lachrymantē cernit: cū ruentē intuet: & fortunato  
qdē nequaq̄ gratulaf. Infœlici uero socias iungit la  
chrymas & mutationem uitæ e quibus i quæ reda  
ctus sit: una querit: non ob huimanitatē misericor  
diāq̄ præterita uerbis extollens: sed ut grauiorem  
illi faciat calamitatem suam. Filium post obitū lau  
dat: & innumeris ornat præconiis: q̄ bonæ indolis  
fuerit: q̄ ingeniosus: q̄ in omnib⁹ rebus agēdis ido  
netis. Cuius laudes dum uiuebat: nunq̄ summis la  
biis attigisset. Quod si complures ei rei assentien  
tes cernat: mutata sentētia rursus inuidet mortuo.

Diuiteim post occasum eius admirat: pulchritudinem corporis robur bonam ualitudinem. Postq; in ægritudinem quis inciderit: laudat extollitq;. In summa presentium quidē hostis: pditorū amicus est. Quid igitur hoc morbo pnitosius: corruptio uitæ pditio naturæ: inimicuſ earum rerū: quæ nobis a deo cōcessæ sunt. Ipsi deo cōtrarius ē. Quid principiū illud malorum omnium dæmonem in inimiciās cū hūano genere ipulit? Et nēpe inuidia: ob quā dei hostis māifeste deprehēsus ē. Deo qdē iratus ob beneficētiā eius erga hūanū genus. Ipsum uero hoīem qdō deū nō poterat infestans. Hæc eadē fecisse uidet Cayn quoq; prim⁹ dæmonis discipul⁹ & iuidia atq; homicidiū ab ipso edocitus germanas iniqtates. Quas paul⁹ quoq; cōiūxit: cū diceret repletos inuidia homicidio. Quid igit̄ fecit: uidit illū a deo honoratū: atq; peremit: ut honorantem offendere. Cum. n. ad oppugnandum deum minus idoneus esset: ad perimendum fratrē conuersus est. Fugiamus quælo fratres hāc ægritudinem magistram inimiciatum cum deo. homicidii matrem: cōfusionem naturæ: affinitatis ignorationē: irrōnabilē calamitatem. Quid doles hō: cum nihil molesti passus sis? Quid si cui boni qdpiā sors cōcesserit gravi feres aio: cū nihil tuis detrahaf̄ bonis. Quid si eum q; de te benemerit⁹ est: odisti. Nōne tuæ ipsius inuides utilitat⁹? Quid

Inimicia  
rū magra.

g ii

lis erat Saul: qui multitudinem illam acceptorum  
beneficiorum cām uoluit esse inimiciorū contra  
Dauid. Et. n. p̄cipio qdem suauissima illa harmo-  
nia & diuina musicæ furiis liberatus hasta liberato-  
rem suū traiicere conatus est. Deinde uero una cū  
uniuerso exercitu a manibus hostium redemptus:  
& si ingentem illum propter Goliath pudorem eui  
tasset: Tamen quando decuplum laudis a cantanti  
bus saltatriculis Dauid tribuebatur dicētibus per  
cussit Saul mille & Dauid decē milia. Ob hāc unā  
uocem & ipsa ueritate comprobatum testimoniū:  
Primo homicida fieri: ac per insidias illum interfici-  
cere conat⁹ est. Deinde cum profugum fecisset nō  
tamen iccirco inimiciorū finem fecit. Sed tandem  
coacto exercitu cū tribus millibus electorū aduer-  
sus illū pfectus oēm puinciae solitudinē lustravit.  
Quod si q̄s inimiciorū cām p̄cunstatis fuisset:  
r̄ndisset pfecto eius se uiri meritis ad id cōpulsum  
esse. qui quo tpe illum p̄sequebat⁹ in somno cōpre  
hēsus parat⁹ morti obiect⁹ hosti: rursusq̄ a uiro iu-  
sto ac ei man⁹ iferre uolēti liberatus: necq̄ hoc bñfi-  
cio ad misericordiā iclinatus ē. Sed rursus cōpauit  
exercitū: rursus illū pfectus⁹ fuit: dōec ite& itra spe  
lūcā captus illi⁹ qdē uirtutē splēdidiorē reddidit.  
Suam uero peruersitatem fecit aptiorem. Intracta-  
bilis inimiciorum species injuria est. Qui enim  
alia causa dissident: mitiores interdum beneficūs

fiunt. Inuidi uero & male morati hoies magis excā  
descunt. Q uo.n. maiora in inuidum merita cōfes-  
runtur: eo magis dolet: turbat̄ ægro fert aīo. Plus  
nāq̄ doloris ob facultatem beneficij suscipit q̄ ob  
collacta in eum beneficia uolptatis: Q uam feram  
morum peruersitate non superant̄. Q uod adeo  
agreste animal imanitate non uincūt. Canes apud  
nos nutriti mitissimi sunt. Leones a nobis educati  
māsuefiunt. Inuidi uero beneficiis importuniores  
redduntur. Q uid generosum illum Ioseph in ser-  
uitutē redegit. Nempe inuidia fratrū ubi admira-  
ri licet: q̄ rationis exp̄s hæc ægritudo sit. Cum  
n. exitum somniorum timerent: seruū fecerūt fra-  
trem suum pinde ac si seruus nullo tēpore adorari  
posset. At qui si uera erāt somnia quo pacto exitus  
illorū ppulsari poterant. Sin falsæ uisiones q̄ obrē  
decepto inuidebāt. Iā uero illorū sapientia in se ip-  
sos recidit. Q uibus.n. artibus uitare futura posse  
rati fuerāt: his apertum futuris iter præbuere. Ni  
si. n. uēisset: nunq̄ in uincula cōiectus fuisset: nun  
quā cum ministris pharaonis familiaritatē iniisset:  
nunq̄ somnia rimatus esset. Q uibus rebus ægy-  
pti principatum obtinuit: & a fratribus q̄ ad eū ob-  
penuriam frumenti uenerant: adoratus est. Verte  
cogitationem tuam ad maximam omniū inuidiā.  
& quæ in maximis contingit. Hæc profecto con-  
tra saluatorē iudæorum insania pgressa est. At q̄

Inuidus est  
ingratuſ

Inuidia affi-  
nitatis exp̄s  
Inuidia Io-  
seph uēdit̄

Inuidia  
affinitatis  
exp̄s  
Inuidia  
Ioseph  
uēdit̄

ni cibuum  
dumta soni

Inuidia ser-  
uator nī in-  
teriūt.

Ms. A. 1. 1.  
aut sign.

obrem illi inuidērunt. Nempe ob miracula eius:  
quae miracula erant. Indigentū salus: nutriebant  
elurientes: & nutrientem perseguabant. Resurge-  
bant mortui: & uiuificanti inuidebant. Expellebā-  
tur dēmones: & expulsori insidiabant: mūdabant  
leprosi; claudi ambulabāt: audiebāt surdi. & cæci  
uidebant. At beneficis ipse fugabat: tandemq; eum  
qui uitam mortalibus gratificatus fuit: neci tradiv-  
derūt redēptorem hoīem uerberātes: & iudicē or-  
bis pagētes reū. Ita ad oēs iuidiæ mala puenere. Et  
hoc uno telo a principio orbis usq; ad finem seculi  
humanit utræ hōstis diabol? vulneratos pstratos  
q; perdere nitiſ. hic nostris calamitatibus gaudet.  
hic ob inuidiam decidit. & ut nos quoq; eodem  
crimine ruamus oēs adhibet machinas. Quāp sa-  
piētissimus uir merito nos hortabat: ut inuidorū  
cōuīnia fugerem: pēa quæ i cōuīnis haberi solet:  
familiaritatē omnem uitæ cōsuetudinē itellicens.  
Quādmodū summā adhibemus curā: ut aridos  
furculos longius ab igne amoueamus: ita pro uiri-  
bus adnitidū est: ut inuidorū amiciciā cōsuetudi-  
nemq; fugiamus extra inuidiæ tela sistentes. Neq;  
n aliter inuidō uti possumus: nisi ipsius similes sia-  
mus. q̄iandoquidem iuxta Salomonem uiro amu-  
latio a socio eius. Et profecto ita se habet. Non. n.  
ægyptio inuidet scytha: sed gētilis sui unus quiq;  
æmulus est. Et ex gētilibus quidem ignotis ne-

Inuidia in  
suos tantū.

Ms. A. 1. 1.  
nī in 1000  
altra

iii 3

mo inuidet. sed notis & his quidem uiciniis aut eo  
dem quæstu aliae similitudine secum coniunctis.  
ex his uero coætaneis maxime & propinqs & frax  
trib<sup>o</sup>. at sicuti ærugo præcipua est frumenti calamis  
tas: ita iuidia iteslinus amiciæ morbus. cæterū ilv  
lud in hac ægritudinæ laudaret quispiā. Quod  
quo uehemētius inuidia afficitur aliquis: eo maio  
rē suscipit molestiā. Et quæadmodū sagittæ: quæ  
uelotius emittuntur si firmū aliquod durumq<sup>z</sup> in  
uenerūt obstatulū: in eū a quo emissæ sūt: repel  
lunt: ita inuidiæ tela cū nihil inuidioso obesse pos  
sint iuido plagas inferūt. Nā qs unq<sup>z</sup> quantūlibet  
se crutiās tātillū, pximi sui bonis detraxit. Et q̄q se  
ipsum quasi liquefactus dolore consumperit: iam  
uero & ipsis serpētibus pniciosiores habent iuidi.  
Si quidē serpētes p<sup>r</sup> plagas emittunt virus. Quod  
putrescentia uulnera paulatim exædit. Inuidos ue  
ro sunt: qui putent etiam ipso aspectu nocere. Et  
iccirco bona interdū habitudinis corpora: qb<sup>r</sup> illi  
inuideant: extingui: & eorū splēdorē elanguesceret:  
ac si pniciosa aliqua grauedo ex iuidorū oculis flue  
ret. qua mortalium corpora ifecta corruptaq<sup>z</sup> red  
derentur. Ego uero hanc opinionem tanq<sup>z</sup> uulgav  
rem pertranseo. Talemq<sup>z</sup> qualem uetulæ mulier  
culis narrare solent. Illud affirmo infestum probis  
hominibus dæmonē. Si quādo optiones hominū  
suarum similes reperit: ipsas ad libidinem suam

Inuidorū  
aspect⁹ no  
xius.

tractare . Itaque oculis mortalium quasi suæ uoc  
luntatis ministris uti . Ad hæc non horres te ipsu  
sum seruum facere pernicioſiſimi dæmonis . Sed  
uitiis inquinari te pateris : quibus hostis fias eorū :  
qui nullam tibi iniuriam intulerunt . Hostis dei bo  
ni & nullo liuore perturbati . Agite fugiamus hoc  
adeo intolerabile malū . serpentis admonitio est in  
uentio dæmonis . fatio inimici : Arrabo poenæ ipse  
dimentū pietatis . Via ad ignem æternum . priua  
tio regni . Quid q̄ & ipso aspectu inuidi discernū  
tur ? Oculi eorū atri sunt : atq̄ obscuri : Genæ palli  
dæ : Turbida supercilia : animus perturbatione diru  
ptus ueritatis iudicium de reb⁹ nullum habens . nō  
uirtus apud illos laudabilis est . non dicendi copia  
honestate ac gratia perfulgens : non aliud quidpiā  
earum rerum : quas sequi admirariq; solemus . sed  
quemadmodum uultures solent ad putrescentia  
cadavera in pastus discurrere complura prata cō  
pluris amcenos atq; odoriferos agros supuolantes :  
& ueluti muscæ insueuerunt integras corporis par  
tes prætermittentes ad ulcera sese conserre : eodē  
modo inuidi splendorem uitæ & rerum gestarum  
magnitudinem prætermittentes hominum dunta  
xat uitiis immorantur . Q uod si aresto non nunq;  
quod sæpe mortalibus accidit deflectere uideant :  
hoc diuulgant . & per eas res illorum uitam esse in  
aperto uolunt : ignaris pictorib⁹ similes . Q ui per

Inuidi fac  
es.

Inuid⁹ ma  
ledicus.

obtortum nasum aliquae huiusmodi cicatricem aut  
naturalem aliquem defectum aut casu superuenientem eorum: quos effingere conantur: formam ostendunt. Ad id accedit: quod quibusdam transmutationib⁹ ad malum laudabile subuertunt. Et per uicia uicina uirtutibus calumniantur. Fortem uirum temerari um uocant. Temperantem asperum: iustum immam. Prudentē uersutum. Magnificum uentosum nominant. Liberalem prodigalitatis parcum auaritiæ accusant. In summa omnib⁹ uirtutis spetiebus nostra imponunt ab oppositis uictis mutuata. Quid igitur an in accusatione huius mali orationem terminabim⁹? Hæc uero medicinæ quasi media pars est. Neque non inutile uidetur: si quis ægrotato morbi sui magnitudinē ante oculos ponat: quo diligētior rem eius rei suscipere curam possit. At si quis eum hoc in loco nondum pristinæ incolumitati restitu tū relinquit: nihil aliud agit: quod si ægrotatē in morbo missum faceret. Quid igit⁹? Quo pacto hanc ægritudinē aut principio evitabim⁹: aut deinceps in eam prolapsi propellemus. Si a primordio nihil magnum nihil excellens in rebus humanis esse nobis persuaserimus. non hominum diuitias: non fragilem gloriam: non bonam corporis habitudinē. Neque enim in rebus adeo momentaneis fælicitatē consistere definimus. Sed ad æterni ueritate boni participationem uocamur. Quapro

Inuidus ca  
luniator.

Virtutis in  
strumenta.

pter non diues ob diuitias admirandus: non potes ob splendorem & amplitudinem suam: non fortis ob robur corporis: non sapiens ob copiam uerborum. Haec enim instrumenta uirtutis sunt. Si qui ipsis bene utatur. At nullam in se beatitudinem continent. Quicquid igitur his male utitur: non secus miser iudicandus est: quod qui gladio quem in tutelâ corporis sui acceperat: ultro seipsum uulnerauit. Qui uero bene & secundum rectam rationem praesentia tractat. Quique dispesator est earum rerum: quae sibi a deo collatae sunt: neque in propriu[m] solummodo usum thesauros cumulat: Is laude beinolertia dignus est: & ob amorem eius erga promixum & ob mores suauissimos. Quo circa si prudetia præstat quispiam. Si diuino sermone clarus habetur: noli illi continuo inuidere: noli unquam tacere scararum litterarum iterpretem: Si quis spiritus sanctigratia acceptus est: laudemque ab audientibus consequitur. Tuum. n. bonum est. Et tu propter dominum doctrinæ missus es. Si suscipere aliqd uelis. Præterea scatuerientem fontem nullus est qui tegat: ob radiantem sole nemo sibi oculos obnubit: nemo inuidet. Sed ad uoluptatem suam unusquisque illis fruie. Spirituali uero sermone in ecclesia dei. scatueriente & pio corde e spiritus sancti donis effluente nequaquam lætas adhibes aures. Sed audientium plausus tibi molesti sunt. Vellesque nec qui fructu pciperet

adesse quēquam: nec qui laudaret. At qualē hæc  
apud iudicem animarum nrarum excusationē ha-  
bēre poterūt. Igitur naturæ bonum fateri oportet  
animi bonū esse. Qui uero diuitiis floret: potētia  
ualitudine corporis recteç his utit: eū amare tue-  
rīç debemus. tanq̄ cōia habentē uitæ instrumēta.  
Ea. n. secundū rectam rationē partit̄ diuitiarū co-  
pia: abunde subministrans & corporis obsequio la-  
boratibus præsidiū ferens. Cæterā uero oēm sub-  
stantiam non magis suam q̄ cuiuslibet egeni iudi-  
cans. Qui uero ī huiusmodi rebus aliter se habet:  
is miser potius q̄ inuidia dignus existimandus est:  
ut pote maiorem ad male agendū oportunitatē na-  
ctus. Nāç id nihil aliud est: q̄ ob maiorē copiam  
abundantiāç perire. Si igitur ad iniusticiam quasi  
quoddam uiaticū diuitiae sunt: Profecto miser est  
diuies. Si uero ad uirtutē cōducibiles: nullū apud  
diuites inuidia locum habet. Cū in cōmunē oīum  
usum diuitias pferat: nisi qs forte ita perfid⁹ ē: ut  
sibi quoç ipsi bonorum gratia inuideat. Q uod si  
paulispēr humanas res cogitatione reliquas: & ad  
uerū illud ac laudabile bonū mentē erigas: longe  
magis uereberis aliq̄ e terrenis istis & corruptibili-  
bus rebus foelicem aut admiratione dignam iudi-  
care. Quisquis igitur ita uiuit: ut uagis istis ac mū-  
danis rebus minime sit iplicitus: Is ut in inuidiam  
incidat: fieri non pōt. Si uero oīo gloriae aud⁹ es:

& q̄ plurimis pr̄estare cupis: ac iccirco q̄ secund⁹  
sis: æquo animo ferre non potens. Est. n. hæc quo  
q̄ præcipua inuidiæ cā. ad exercitationem uirtu  
tum ambitionem tuam tanq̄ ad profluentem quen  
dam riuum conuertito. necq̄ prorsus quacunq; uia  
diues fieri optato. necq̄ mundanis dūtaxat opibus  
illustris: Hæc. n. in tua potestate non sunt. Sed iu  
stus esto. sed temperans: prudens: fortis: & in his  
quæ ad diuinam religionem pertinēt: patiens. Sic  
n. & te ipsum saluum feceris: & in maioribus reb⁹  
maiores gloriam consequeris. Virtus. n. in nobis  
ipsis est: & a studiosis eius possideri facile potest.  
Abundātia uero pecuniarum: pulchritudo corpo  
ris dignitatum splendores in nostra potestate non  
sunt. Quapropter si uirtus q̄ præstabilius bonū  
est & æternius: ac oīum cōfessione principatum te  
nens ipsa nobis ipsa q̄renda est. Hæc uero animo  
nostro insita esse nullo modo pōt: nisi cū ab omni  
alia labē tum uel maxime ab inuidiæ perturbatione  
purus sit. Non uides q̄ grande malum sit hipo  
crisis? At hæc inuidiæ fructus est. Morū. n. dupli  
citas inuidiæ præcipuae grā inter mortales repiri  
solet. Si qd est odiū in p̄fundo pectoris substinen  
tes caritate coloratā supficie præ se ferūt: scopulis  
pfecto similes: qui breui unda recti malū puidis  
nautis inspatū obiiciūt. Quapp si mors illinc ad  
uerlus nos uelyt ex fronte profluit honorū omnīū

Inuidiæ fru  
ctus.

priuatio : alienatio dei. confusio diuinæ legis & om  
nium: quæ in hac uita sunt: honorum euersio. Cre  
damus apostolo: neq; efficiamur inanis gloriae cu  
pidi: iniuicem prouocantes : iniuicem inuidentes .  
Sed potius benigni: misericordes: donantes iniu  
cem: sicut & deus donauit nobis. Finis.

Basilii Epistola de uita Solitaria ad Gregoriū Na  
zanenum per Franciscum Filelphum e Græco  
traducta.

Vm te uir optime diebus supioribus  
præclara multa atq; putilia: tū de uita  
solitaria: tū de eius officiis eloquēter:  
eruditeq; docentē in populū audirē:  
se se mihi iter audiēdum illa magni Basilii episto  
la memoriæ obtulit: quam ad Gregorium Nazan  
zenū de solitariæ uitæ officiis & pite scripsisset &  
grauiter. qre cū primū domū rediissem: eo quæsi  
to reptoq; opusculo: quæ uir ille sanctissim⁹ de re  
hmōi līfis mādaret: legi grate oia diligēter. Mirus  
sane ordo uisus est & præceptorū & rerū: quibus  
fieri uideo: ut cum maxime soli uideamur : nullis  
tamē familiaribus egeamus: nullis comitibus : nul  
lis sociis. Nam qui ea sequi: amplectiq; studuerit:  
quæ in hac epistola a sapiētissimo Basilio sunt scri  
pta: is certe: & domi & foris & urbanus & peregri  
nus: & in loco celebri & obscuero secun̄ habebit  
Christū maximū: cuius frātus exultāsc̄ presentia

nec sit neglecturus : si quos apud se habeat: nec item requisitus quibus careat. quid .n. ei deesse queat ad bene beateq; uiuendum: qui deo abundet sine quo boni eē nihil oīno possit. Nō . n. iter hos urbium ciuitatumq; tumultus satis mihi aut quieta uirtus aut tuta uideri solet: quæ quo maior est: eo, i se maiorem conflat inuidiam. quod si ea uis est naturaq; uirtutis: ut non solum agendum nos ducat: sed etiam contemplando perducat ad deum. Certe omni ope atq; opera studere: anniticq; debemus ut dei magisq; hominum consuetudine delectemur. Non. n. is solus est: qui habet in solitudine deū cō tubernalem: sed qui sit inter homines solus. Verū quo me mea uocat oratio. Num adeo sim stultus: ut ei uelim Christi doctrinam ullam ostēdere: qui uniuersæ Italiae quotidie christū prædicat. Itaq; Philelpho tandem omisso Alberte piissime Basili um nostrum audi: cuius sanctam & sapientem animam te ueluti indutum tanq; pythagoram euphorbi ex suis hisce scriptis liquido intelliges.

Basilius Gregorio Nazāzeno Salutem.



Gnoui tuā epistolam: quemadmo dum amicorum filios ex ea parentū quæ i illis appet similitudine agnoscunt. Nam quod ais haud esse rē magna loci extractionem ad inducēdū aio tuo appetitū quedā uiue

di nobiscum: ni prius & de modo & de uitæ actio  
ne aliqd didiceris: iste sane cogitatus & tuus es: &  
tuo digno aio: qui res omnis humanas nihil faciat  
ad eam: quæ nobis beatitudo in promissionibus est p  
pōsita. Me uero scribere certe pudet: quæ ipse no  
studieq; faciam in hac solitudine. Reliqui. n. urba  
nas consuetudines perinde atq; innumerabilium ma  
lorū occasiones. Sed me ipsum relinquere nondū  
potui. At illorum sum similis: qui ob imperitiā na  
uigādi in mari turbati: atq; nauſeātes magnitudie  
nauigii offendūt: ranq; id i agitādo sit m. lltū: & in  
de in lembum cymbamue tranſeunteſ ubiq; nauſe  
ant ac turbantur. Eos. n. pauor bilisq; comitatur.  
Huiusmodi quiddam etiam ipſi patimur. Res. n.  
domesticas conuehenteſ ubiq; ſumus cum ſimili  
bus tumultibus. Itaq; nullum magnum ex hac ſoli  
tudine fructum ſumus conſecuti: quæ quidem fa  
cere oportebat: & unde nobis Iesum christū ſeq: q  
ſalutē nobis præcepit (Ait. n. Si quis uult post me  
uenire abneget ſemetipſum: & tollat crucē ſuā ac  
sequat me) Ea. f. hæc ſunt. In ocio conādū eſt uti  
mente. Nam quemadmodū oculus circūactus affi  
due quicq; nunc feratur obliquus: nunc ſursum: de  
orsumq; frequētius uertatur: rem ſubiectam liqui  
do uidere non pōt: ſed ei quod aſpicitur uifum affi  
gat: oportet: ſi plane cernere illud uelit. ſic et mēs  
humana ubi ſit traxta innumerabilibus mudi curis

Coelibus  
cura.

Maritorū  
curæ.

clare ueritatē intueri nequit. Verum qui nuptiarū  
uinclis nondū ē coniugatus; hūc rabidae cupidita-  
tes; & effrenati appetitus; & amores quidā imanes  
perturbat. Quē uero cōiugiū iā coercet; hūc alter  
curarum tumultus excipit: in filiorum caritudine  
cupiditas filiorū: At in filiorū possessiōe eorundē  
alendorū solicitude: uxoris custodia: domus diligē-  
tia: seruorum gubernatio: tabularū detrimēta: cōten-  
tioes aduersiū uicios: iudiciorū cōplicatiōes: merca-  
turæ picula: agriculturæ lassitudines: dies omnis af-  
fert propriam tenebrositatem aīæ: & noctes diur-  
nas curas accipientes in eisdē imaginationibus mē-  
tem decipiunt. Horum autem una est fuga: sege-  
ratio ab uniuerso mūdo. Sed mundi separatio nō  
est ab ipso corporaliter secedere: sed auellere ani-  
mam ne simul cum corpore patiat̄: & carere urbe:  
carere domo: carere proprio: carere argento: care-  
re possessione: carere opibus: fieri ociosum incom-  
mutabilem: humanarum disciplinarū indoctum:  
paratum ad corde suscipiēdas inclytas diuinat̄ do-  
ctrinæ impressiones. Præparatio autem cordis est  
dedicere eas malæ consuetudinis doctrinas: qbus  
cor ipsum præoccupatum sit. Nā neḡ scribere in  
cæra is quæat q non pri⁹ deleuerit i politas notas:  
nec in aio diuina pcepta deponere: q minus ide ea  
exemerit: qb⁹ ille sit ante ex cōsuetudie occupat⁹.  
Ad hoc igit̄ maximā nobis utilitatē præstat solitu-

do: quæ tū nostras cōcīnat pturbatiōes: tū rōni ad  
cas oīo ex aio excidēdas ociumdat. Nam ueluti fe  
ræ: quæ ad decertandū ualent demulcēdæ sūt. Ita  
cupiditatis: & iras: & met<sup>2</sup>: & ægritudies: quæ ue  
nenosæ sunt ai feræ: sopiri oportet p qetē: ne cōti  
nua iritatiōe efferatæ alacri<sup>3</sup> decertēt aduersus ui  
& ipiū rōnis. Esto igī secessus talis: q̄lis ē ēt nī: li  
ber hoīum cōmercio quo exercitatiōis cōtinuatio  
a nemine interpolef extrinsecus. Exercitatio autē  
sit pietatis: q̄ diuinis cogitatibus alat aium. Q uid  
nam igitur beatius: quam angelorū tripudiū i ter  
ra imitari? Ut cōtinuo qdē icipiēte die orōnes ag  
gressus & hymnis: & cantibus conditorem effe  
rat. Deinde ubi sol pura luce splēduerit ad opera se  
conuertens ubiq̄ simul presente ratione hymnis  
operas cōdiat ut sale. Hymnorū. n. consolatiōes  
& hylarē statū animæ ac dolore uacuū munē suo  
reddunt. Q uies igitur principiū est purgationis:  
neq̄ lingua hoīum loquēte: nec oculis qualitatem  
corporis: & quantitatem speculātibus: nec auditu  
aiæ tonū excludente in auditionibus modulorū: q̄  
sint ad uoluptatē cōditi: nec i uerbis facetosorū &  
ridiculorū hominū: id quod maxime soluit natura  
cōtentione animi. Mens. n. quæ non sit disp̄sa in  
res exteriores: nec in mūdū a sensibilib<sup>2</sup> delata: tū  
ad seipsam redit: tū p semetipsam ad dei notionē  
ascēdit: cuius pulchritudine circūlustrata illustra

b

taq; ipsius etiā nature obliuione capit: necq; ad cī  
bi curā: nec ad amictuum sollicitudinē aiūm detra  
hit. Sed a curis terrestribus uacationē agēs omne  
suūm studium ad æternorum bonorum acquisitio  
nē trāffert. Quonā pacto tēpātia sibi fortitudoq;  
pariat: quomodo etiā & iusticia: & prudētia: ac re  
liquae uirtutes quæcūq; hisce generib; dividunt:  
singula uiuendi iura p officio subiiciūt uiro bono.  
Verum maxima uia est ad iuētionē officii medita  
tio & ipsa diuinarū & spiritualium scripturarū. In  
his, n. & actionum obligationes inueniuntur & ui  
rorum beatorum uitæ litteris traditæ uelut imagi  
nes quædā animatæ diuinæ rei publicæ ad imita  
tionē bonorum operum ppositæ sunt. Itaq; cuius  
rei se qscq; inopē lenserit: ubi ei insitat: tanq; a cōi  
quadā taberna medicinaria medicamentū inuenit  
ægrotationi accōmodatū. Et amator qdē tēperan  
tiæ circa eā: quæ de Ioseph historia est: assidue re  
uoluit: & ab ipso actiones temperantiae edocent:  
eū repiēs nō mō cōtinenter se habere aduersus uo  
luptates: sed ēt secūdum habitū dispositū ad uirtu  
tē. Fortitudinē uero discit a Iob: q non solū ad cō  
traria uitæ recidēs: cū pauper e diuite: & orbus fi  
liis a pulchra filiorum ple redditus eēt: i uno tēpo  
ris momēto idē pīmāsit: inuictā ubiq; seruās aī ma  
gnitudiem: sed neq; amicis ad se consolandum ue  
nientibus: cum eius res tristis icreparent: simulq;

augerent exasperatus est. Quod sitursum cōsydera  
rit quopacto eadem in re sit aio & leni & feroci:  
quo ferocitate utaf aduersus peccatū: Lenitate āt  
erga hoīes: repiet dauid bellicis qdē uirtutib⁹ ge  
neroſum: lenē uero atq⁹ impermotum in retribu  
tionib⁹ inimicorum. Talis etiā Moses. nā i illos  
aiosius insurrexit: qui in deū deliquissent. Sed ad  
uersus se calumnias leniter ptulit. Et ubiq⁹ ſicuti  
pictores cū ab imaginib⁹ imagines pingāt: ſapienti  
ad exēplū aspicientes liniamētum inde aſſumptū  
ad ſuę trāſferūt artis ſtudiū: ſic ēt q ſe ſtudet oib⁹  
uirtutis ptib⁹ pfectū reddere: huic ad uitā ſancto  
rum ueluti ad quædā signa: quæ & motu utanf: &  
actione respiciendū eſt: efficiendumq⁹ illorum bō  
num: per imitationem ſibi peculiare. Oratiōes rur  
ſum lectionib⁹ ſuccedētes recētiorē aīum ac maio  
re i deū deſyderio uigētē uſcipiūt. Hōesta āt ora  
tio ea ē: quæ manifeſtā in aio dei notionē iducit: &  
hoc eſt dei habitatio qd p mēmoriā in ſeſe deū col  
locatū habet. Sic efficiuntur dei tēplum: cū neq⁹ ter  
retribuſ curiſ memoriae cōtinuatio iterpolet: nec  
pturbationib⁹ iprouifis mens tumultuetur. Sed  
effugiēt omnia uir dei amator recedit ad deū paſſi  
ones illas expellens: a quibus ad incontinentiam  
iuuitatur: & hiſce ſtudiis intendit: a quibus ducitur  
ad uirtutem. Ac primum omnium ſtudēdū ē: ne  
circa dicēdi uſum indoct⁹ ſit: ſed interroget ſine  
h ii

Ofo hōesta

ptinatia: respondeat sine ambitione. Necq; illū qui  
secum disputat: interpollet ubi utile quicq; dicat.  
Nec ét cupiat sermonē cum ostentatione īgerere  
mēsuras diffiniēs rōne & auditu. Discendū sine ue  
recūdīa:& docendū sine inuidia. Ac siqd ab altero  
est edo: ut: nequaq; abscondat: quemadmodū ipro  
bæ mulieres spurios: quos supponūt: sed patrem  
rei: quā loquitur prædicet. Vocis aut̄ tonus q me  
dius sit præferatur: ut neq; pp paruitatē diffugiat  
auditū: nec pp̄ter intensionis magnitudinē ipor  
tunitatē afferat. Et ita ædat orationē: ut ante i sev  
ipso quod dicendū sit exquisierit. Salutet obuiam  
factos. Se in hoium cōluetudine dulcem præstet.  
Necq; suauitatē p̄ facetositatē uenetur: sed p̄ beni  
gnā exortationē sit gratiosus. Asperitatē increpa  
re: etiā si oporteat extrudere debet. Sed si ipsū an  
ticiparis p̄ mētalē humilitatē ita facile accuratiōis  
idigēte admitteris: Sæpenūero quoq; ille p̄phetae  
castigatiōis mod⁹ utilis nobis ē: q peccatori dauid  
non induxit a leipso dānationis modū: sed p̄sonē  
subiectiōne usus illū ipsū proprii criminis iudicē  
constituit: quo cū ipsem̄ aduersus seipsum sentē  
tiā ferret: nihil amplius de aduersario quæreref.  
Sequitur autem humilem atq; abie: tum animi sē  
sum: uisus tristis & in terrā intuens: habitus negle  
ct⁹: coma squalida: uestis sordida. Ut quæ luctuo  
si de industria faciunt: h̄ec ultro in nobis appare

ant. Tunica præcincta sit corpori. Sed neq; cingē  
dum est supra ilia quippe quod muliebre sit : nec  
item cingendū laxius: adeo ut diffuat tunica: hoc  
n. fastuolum ē & molle. Incessum oportet eē neq;  
lāguidum: ne dissolutionem ai accuset: nec rursus  
uehementem ac tumultuarium: ne inconstantis at  
tonitq; animi impetus ostendat . Vestis intentio  
esse debet: ad sufficiens uel amētum carnis:& hye  
me & æstate. Præterea neq; floriditatem in colore  
conuenit persequi: nec in confectione tenuitatem  
ac molliciam. Nam circumspicere in uestibus ocu  
lorum pulchritudinem : simile est ei foeminarum  
ornatui: quo illæ utentes alieno flore genas capiū  
losq; suos inficiunt . Quin etiam ita crassa tuni  
ca esse debet: ut ei non sit opus ad souendū hoīem  
indutū . Calciamentū uero pro dignitate sit uile :  
abundeq; necessitatē expleat. Et ut ita dicam quē  
admodū in uestimento id debet præesse: quod sit  
ad necessitatē: sic etiā in cibo panis necessitatē ex  
plebit:& aqua homī bene ualēti curabit siti. Quæ  
cūq; āt obsonia ex seminib<sup>2</sup>:& olerib<sup>2</sup> fiant: posū  
sunt ad necessarias indigētias robur corpori cōser  
uare. Esse uero ita debet: ne rabidā i faciē ostēdat:  
sed ubiq; stabilitatē & mansuetudinē & continen  
tiā i uoluptatib<sup>2</sup> seruet . Nec ēt tūc mētē i dei no  
tione habeat otiosā. Sed ipsā epularū naturā & su  
scipiētis corporis molē occasiōnē faciat gloriæ præ

h iii

Cictus q̄lls

Incess⁹ q̄lls  
esse debet

Indumentū  
quale

Calciamen  
tum q̄le de  
bet esse

Victus q̄lls  
esse debet

dicandæ: quo uarias ciborum species corporum  
proprietati accommodatas rerum hominum di-  
spensator excogitauit: Orationes ante cibum fa-  
ciendæ sunt pro eorum dignitate: quæ deus præ  
bito: & nunc dat & in futurum seruauit. Oratio-  
nes item siat post cibos: quæ tum pro his: quæ no-  
bis sunt data: gratias agant: tu quæ promissa sunt:  
petant. Hora una separati sit constituta cibo: quæ  
ipsa per circuitum occurrat ita ut e uigiti & quat  
tus horis diei & noctis uix hæc sit una: q̄ corpus  
absumit. Reliquæ uero in operatioe mentis occu-  
pent uirum industrium. At somni & leues sint &  
abitioni faciles: qui natura sequentes tenuitatē uix  
etus dedita opera interpolentur a rerum magna-  
rum sollicitudine. Profundo. n. sopore detineri so-  
lutis membris adeo ut otium absurdis imaginatio-  
nibus præbeatur quottidiana eos afficit morte: q̄  
sic dormiat. Sed quod aliis est tempus matutinū:  
hoc pietatis studiosis sit nox intempesta: cum præ-  
sertim quies nocturna uacatioem animæ largiaſ.  
Neq; oculi nec aures pernitiosum aut auditū aut  
uisum in cor trāsmittat: sed mēs sola per seipſam  
coniungatur deo: ac sese in delictorū memoria cor-  
rigens: terminos sibi ponat ad excludendum max-  
imum diuinumq; auxilium implorer: ad desyderata  
rum rerum perfectionem.

F I N I S

NERVA Cocceius Ex Dione  
græco per Georgium Me  
rulam Alexand.



OST domitiani cædē Romæ coc  
cei? Nerua īmperator Disignatur.  
Flagrabant adhuc odio in Domitia  
nū ciues quare statuāt omnes tum  
aureæ tum argenteæ in illius ho  
norem constitutæ subito conflataæ  
fuerunt. Arcus preterea in eiusdem unius titulum  
& nomen sustructi evertuntur. Cæterum Nerua  
omnes qui impietatis in deos rei fuerant: eos ab  
solui uoluit. Exules in patriam reduxit: Serui atq  
libertorum plurimi Dominis atq patronis insidi  
as fecerat. Hos ad unū occidi imperauit. Et ne ser  
ui de cætero Domios criminarent̄ edicto uetuit.  
Neue liceret aut ipietatis aut Iudaicæ sectæ quē  
piā dehīc insimulari. Multorū tamē nomina falso  
delata: Inter quos Suras philosophus condēnatus  
fuit. Deide nō leui de causa aut fortuito tumultus  
oritur. sed quia ex libidine quorūdā multi iniuste  
accusarent̄. Quare Frōto Cōsul propalam dixisse  
fertur. Malum esse eum imperare sub quo nemini  
quippiā cōcessum sit. sed lōge peius sub eo uiuere  
sub quo maxie liceat. Quæ uerba posteaq Nerua  
nūciata fuerūt: Ne talia deinceps fierēt Magnope

h iii

Nerua ipa.

Domitiani  
statuæ con  
flataæ.

Christiāos  
intelligit.

Iudalca se  
cta.

Sura p̄fus.

Frōto col.

Liberi dem.

*emendavit p̄fus.*

Neruæ mo  
destia

Neruæ libe  
ralitas

Ludi circé  
ses

Mares ca  
strari uetus  
Rufius vir  
ginius

curauit. Erat is per senectutē paulo imbecillior:  
graui insup morbo affect⁹ cibum fere euomebat.  
sed ne sibi statuæ ex auro siue argento cōstitueretur  
ōino recusauit. Per multos Domician⁹ dū impera  
ret bonis atq; fortunis iniuste spoliauerat. Quib⁹  
per uim ablata restitui duntaxat ea uoluit: quæ in  
Aula reperta fuissent. Ad sustentandam ciuium  
uitam decies & quinquagies cétena Milia nūmum  
erogauit. & quosdam senatorii ordinis de legit qui  
agros emerēt eosq; egenis diuiderēt. Pecūnæ iops  
factus uestes primum & uasa aurea atq; argentea:  
preciosam præterea supellestilem: siue sua ppria:  
siue plubica & regia foret: auctiōi subiecit. Agros  
item ingentes domos & oīa demū præter admodū  
necessaria uēdidit. Nihilo tamē segnior in iuuādis  
& extollendis amicis erat. Compluribus ingentia  
beneficia contulit. Sed ut impendia contraheret  
sacrificia non pauca: Equorū cursus atq; certamia  
nec minus spectacula quædam sustulit. In curia il  
lud iurauit suo iussu neminē senatorium occisum  
iri. Q uod sacramentū quāuis etiā insidiis petitus  
esset inuiolatum seruauit: Nihil nunquam de suo  
arbitrio statuit. sed principes uiros : in consilium  
semper adhibebat : Leges tulit multas cum de ali  
is tum maxime ne Mares castrarentur Neue Fra  
tris Filiam Vxorem ducere fas esset:  
Ruffum uero Virginū quē Romanæ Legiones

olim Imperatorē nominauerāt minime uerit<sup>9</sup> est:  
uel in consulatu collegam assumere : In huius etiā  
sepulchro illud quidam inscripsere:

Hic situs est Ruffus pulso qui uindice quondam  
Imperium afferuit nō sibi: Sed patriæ

Ruffi epis.  
thaphium

Tanta erat illi itegritatis fiducia : Ut sepe iactauit  
se nihil tale fecisse : quominus deposito impe-  
rio securius priuatam uitam Ageret . Coniura-  
runt in eum forte Crassus Calphurnius : crassor  
epos : hinc cum cæteris coniuratis dum ludi ede-  
rentur Assidere iuxta se uoluit : Nesciebat coniura-  
tionē patefactā esse : his gladios obtulit : quos scili-  
cet inspicerent atq; ptentarēt : Satis ne acuti forēt.  
Re autem uera significabat nō admodū sibi cura-  
esse : si uel tunc eo in loco occideretur :

Integrita-  
tis fiducia

Praefatus erat prætorii Aelian<sup>9</sup> Casperius q̄ præ-  
fecturā ēt sub Dominiō gesserat : Hic tumultuā-  
tes prætoriāos aduersus Neruā cōcitauit : hoc sāe-  
consilio ut p̄ speciem ulciscendæ seditiōis : quos dā  
eorum ceu hostes Cæsarī ad mortē posceret : Sed  
Nerua casperio talia Moliēti adeo restitit ut denu-  
dato collo Iugulū cōfodiendū porrigeret : quanq;  
nihil pfecit : Nā hi fere oēs quos caspius designau-  
rat : iterfecti sūt : Quare cū ob senectā ætatem : amit  
sa Reuerētia oib<sup>9</sup> cōtēptui quodāmodo eēt . In ca-  
pitoliū ascēdit : Atq; qđ felix faustūq; . S.P.Q . R.  
& Mihi ipsi sit præfatus Marcū Vlpium Traianū

Aelian<sup>9</sup> ca-  
speri⁹ præ-  
fectus præ-  
torii

Traianus a  
Nerua ado-  
ptatus

adoptauit. Moxq; i curia cæsarē designat. Ad quē  
Imperii iura atq; isignia; præterat enī tūc germāiæ  
hoc uerſu Misit.

Telis phœbe tuis lachrymas Vlscere Nostras  
Ita traiāus adoptat<sup>2</sup> a Nerua deide Impator fact<sup>2</sup>  
ē: Cæterū i hoc bōitas Neruæ. & studiū i Remp.  
Maxie apparuit. Nulla intercedebat cū Adoptato  
cognatio: Imo uero ppinquos & cognatos qpluri  
mos hēbat: Publice tamē utilitati atq; saluti socie  
tatē sanguinis postposuit. Necq; eo deterrit<sup>2</sup> qd tra  
ian<sup>2</sup> genere Hispan<sup>2</sup>: aut ex Italia oriūdus nō eēt  
quicq; ante eū Peregrinus & Alienigena Romanū  
Imperium non tenuisset. Virtutem hominis non  
Genus aut Patriam spectari oportet: existimauit.  
His confectis Nerua morit<sup>2</sup>. Imperauit anno uno  
& Mensibus Q uatuor: ac diebus nouem: Vixit  
autem annos quinq; & sexaginta Menses Decem  
& dies Totidem: Finis.

### TRAIANVS NERVA. Ex Dione per eundē Merulam.

Somniū suc  
cista fides.

Senatorū  
ornatus.

RAIANVS Anteq; Imperiū adipiscere  
tur per quietem Vidi Seniorē quem  
dam in Tunica & prætexta purpurea:  
cum Corona: qua spetie pingi senatores solēt q si  
gnū annulo nunc in sinistrum iugulum ac deinde

in dextrū iprimeret. Vbi uero Imperiū assumpsit  
Edicta quedā ad senatū misit: atq; illud in primis  
nunq; suo iussu bonū uirum occisum iri: aut igno-  
miniā notari: Id qd nō solū in præsens sacramēto  
confirmauit: Sed p totum Imperii tēpus iuiolatū  
seruauit. Mox Aelianū & pretorianas cohortes q  
Seditionē aduersus Neruā fecerant: quasi operā.  
ab eis posceret ad se uocauit: Cōfestimq; uelut im-  
portunos dimisit: Romā deinde regressus multa in  
emēdationē publicorū negociorū: & beneficiū bo-  
norū: quos differētius āplexabat: cōstituit. In pue-  
rorū alimēta i Italia dūtaxat multa elargit' ē: Cev-  
terū Plotina uxor palatiū ascēdēs ex gradib' ad po-  
pulū cōuersa: Talis iqt huc igredior: qle ēt egredi  
opto: quæ modeste: & sancte in summa ptate ita  
se gessit: Ut de ea nullus Iure conqueri potuerit.  
Sed Traianus tanti per Romæ commoratus est  
dum expeditionem in dacos parauit. Quæ enī illi  
agerent: & molirent. subinde reputans indigne-  
ferebat: Annua tributa dependi: Vnde uires &  
opes magis augeri: animiq; ad maiora erigerent.  
Ergo Decebal' Rex cū arma comparari in se audi-  
ret extimuit: Qui ppe q nouerat antea domitianū  
nō Romanū populū uictū: Tūc aduers' romāos  
& Traianū Imperatorē decertandū fore: Cui inte-  
græ: ac solidæ uires: Robustū corp': animi uigor:  
Mores Generosi: ac simplices supessent. Secūdū

Aelian⁹ ab  
exercitu  
amotus,

Plotina  
uxor tra  
ianī.

Traian⁹ in  
Dacos.

Daci tribu-  
ta romanis  
impabant.

Decebalus  
dacoꝝ rex.  
Domitianus  
a Dacis iuu-  
peratus.

Traiāi laꝝ.

Traiāi ætas  
i qua sum  
pist iperiu

Ladues in  
principæ sū  
ma

Traianus  
ædificandi  
studiosus

Traiāi mo  
res

Traiāi co  
mitas

enim: & quadragesimum annū agebat: Cū primū Imperare cepit: i qua ætate ita ei oia supperebat: ut neq; p iuuentutē quicq; stulte: ac temerī aggredere ref: Neq; itē p senectutē languescēte corpe lēgnis ac timidus a magnis reb<sup>z</sup> retardaref: Null<sup>z</sup> pterea i eo liuor: nulla malignitas neminē omnino pdere studuit: Cōtra uero bonos & studiosos uiros hono rib<sup>z</sup> & dignitate auxit. Quapp tiori: aut odio nulli erat: Delatoribus operā nō dabat: iræ ita modera bat ut nūq ab ea uiceret: Ab aliena pecunia: & in iustis cædib<sup>z</sup> iuxta abstinuit: Plurimū i gerendis bellis pecūiae impēdebat: Nō minoř tñ liberalita te: & ipensa segni<sup>z</sup>: ac aio ornamēta pacis āplex<sup>z</sup> ē Cōplura & ualde qdē necessaria ædificari curauit Ut portus & ædes publicas . Vias itē muniuit. In qb<sup>z</sup> faciēdis fortunas: aut sanguinē alicui<sup>z</sup> nūq ab sumpsit. Natura Magnific<sup>z</sup>: & gloriæ appetēs erat Circū collapsum āpriorē atq; ēt elegātiorē restitu it: Q d'ideo se fecisse iscripsit: ut populū Romanū cape posset. Amari: & obseruari q timeri malebat: Cū populo bēign<sup>z</sup>: & māsuetus: Senatū iucunde & honorifice appellabat. Sic dilectus: & car<sup>z</sup> ciui b<sup>z</sup>. Hostidūtaxat formidolosus: uēatōes præterea Cōuiua: Seria: & iocos frequēter cum amicis & familiaribus exercebat: In quorū domos sepius uix quatuor comitatib<sup>z</sup>: ēt sine Satellite diuertebat & familiari<sup>z</sup> cum his recūbēs quiescebat: eloquētiæ

& diligētis alicuius eruditiois expers fuit. Munera  
tamē facūdi: & n̄ idoxti hoīs pulcherrime obibat.  
Nihilq̄ omnino erat quod optime non exercebat.  
Vini duntaxat appetēs: & in adolescentulos p̄nus  
citra calumniam h̄abitus est: utpote qui nunq̄ ex  
eo turpe: aut mali quicq̄ effecit: Nam qui uinum  
usq̄ ad facietatem biberet: sobrius tamē erat: neq̄  
in Crimen pregrauante uino propulsus est: & in  
Masculorum amoribus ita sibi tēperauit: ut nihil  
p̄ uim dū Voluptati obsequit̄ moliret̄: belli hacte  
nus auditus: & Studiosus ut acceptas clades emen  
daret: Hostes exultantes cōpesceret: Impetusq̄ re  
primeret: & si q̄ rebellassēt eos armis ad obsequiū  
compelleret. In augēda re familiari moderat<sup>2</sup>. Mi  
litarē ēt disciplinā tū seueř tum remisse exercuit:  
Quār milites id qđ sepe antea cōtigerat: nunq̄ aut  
cōtūmaces aduersus Impia: aut elati atq̄ supbi sue  
re: Igīt̄ Imperatore iure Decebal<sup>2</sup> Rex āte p̄ ignomi  
niā & metū Domiciani Ferocior magnope reueri  
tus est: Ceterū cū in Dacos exercitū Traianus Du  
ceret anteq̄ Castris hostiū appropinq̄ret. Magnus  
circūferebat a Barbaris fung<sup>2</sup>: Latinis iscript<sup>2</sup> līris:  
erantq̄ qui talia uociferarētur: Sotias gentes & bu  
ros præcipue monere & hortari. Traianū: Ut pa  
ce composita retro domum abiret: Nihilo tamen  
minus is cum hoste conflixit: ingenti edita cede:  
Cum uulneribus ligamenta suis deessent: proprię

Traianus  
eloquētiae  
& eruditio  
nis expers  
Vini appe  
tens Traia  
nus in ado  
lescentulos  
pronus.

Decebalus  
rex dacor<sup>2</sup>

Buri ppli.

uesti non pepercit: q̄ in lacinias consciissatā seuitiis  
partitus est: Militibus qui in ea pugna conciderat  
aras constitui: & annua parentalia peragi uoluit:  
in iuga deinde Montium contendit: & Iugum: ex  
Iugo captans ad Dacorum Regiam euasit: Hostes  
ex altera parte Lucius prefectus adortus est: qui  
continuo terga dedere: Cecidere item in eo certa-  
mine permulti: Complures capti: qua iactura per-  
culsus Decebalus confestim primores pilatorum  
legatos delegit: atq; ad Traianū misit: qui diceret  
Regem ad quascunq; pacis conditiones uenturū  
& quæ Imperata forēt haud grauate facturū: Tūc  
Traianus arma: & Bellica Instrumenta: machinas  
preterea: eorumq; artifices sibi tradi postulauit:  
Transfugas item omnes: & qui ad Dacos profu-  
gissent siue romani siue socii fuissent remitti man-  
davit: atq; ut Castella: & arces deductis præsiv-  
diis euerteret: omni præterea terra decederer  
quam de finitimis per uim cepisset: eos deniq; ami-  
cos & Inimicos haberet: quos Senatus censuisset:  
Quibus cōditionibus & si Invit<sup>o</sup> assensus Tamē  
Decebalus fuit: Mox ad Traianum deductus illū  
humi p̄cumbēs suppliciter adorauit: His cōfectis  
Traianus in Italīā reuienit: Legatos Decebali quos  
secum duxerat: in urbem præmisit: qui in senatum  
introducti Depositis armis: Māibusq; in seruilem  
morem porrectis cum multa supplices dixissent:

Decebalus  
ab traiano  
pacē petit.

Pacis cōdi-  
tiōes De ce-  
balo data.

Ratificata per senatū pace: quam Traianus Regi  
dederat: arma resumpsere: Romam deinde Traia-  
nus ingreditur: & ex eo Dacicus appellari cepit:  
Tum in Théâtrum gladiatores inducit in certav-  
mē cōpositi sunt: His enī magnopere delectabat:  
Mimi adhuc: & Saltatores inducti fuere: E quib⁹  
unum cui pyladæ nomē erat: præ ceteris dilexit:  
Sed in tanto bellorum studio: & gloriae cupidine:  
Armorumq; cura: res urbanas nunq; deseruit Ciui-  
liaq; negocia non minus intente administrabat: Si  
quidē Studio pugne a Iure dicēdo nunq; auocat⁹  
fuit: In Augusti foro nunc in porticu Litiæ: & se-  
pissime alibi p Tribūli litigātes audiuit: Indicia  
q; reddidit. Interea nūcias Decebalū præter cōue-  
tiōes: & fædera multa ad rebellionē spectātia pare-  
& facere: Q uippe arma Fabricar̄ Trāffugas reci-  
pere: Munitiōes & Castella instaurare: Vicinas gē-  
tes missis legatiōibus ad bellū sollicitar̄: his potissi-  
mū iſest⁹ q secū cōiurare noluissent: Iaq; Iazygū  
agri partem Invaserant: quā Traianus uictor illis  
repetētibus minime restituer̄ deīde uoluit: ob hec  
iterum hostis a senatu Indicat⁹: Bellum Traianus  
suscepit: Q uod tandem sine alterius ducis opera  
cōfecit. Ceterum decebalus longe uiribus Impar.  
Nam si acie dimicar̄ opportuisset: se facile uinci  
cognoscebat: ad dolos: & fraudes cōuertit⁹: Parūq;  
absuit qn p Insidias Traianū tolleret: In missiam

Dacie⁹ uñ  
Traianus.

Pylades hi-  
strio.

Foꝝ augu-  
Porticus li-  
uiæ.  
Decebalus  
rebeliat.

Iazyges.

Decebalī  
doli.

Traianus  
simpliciter  
& bona fide  
omnia ge-  
rebat.

Lōgin⁹ tra-  
iani legat⁹

Longini  
mors

delectos perfugas mittit: qui illū p spetiē colloqui confoderet: Simpliciter: & ex bona fide Traianus omnia gerebat: Ut potē qui se facilem sine metu piculi adeuntib⁹ pberet: Quare sibi parū caueret facile existimabāt illū per iſidias excipi posse: Sed rem mādatā peragere Latrones nequiuere: Siqdē unus eorū Latrociniū suspectus per tormenta con tinuo consilia facinoris aperuit. Ergo cum iſidiæ non processissent Longinū quem in præliis haud impigrum Duceū expert⁹ fuerat: In colloquium uocat: persuaderet ut propius accedat: quasi quæ Traian⁹ Imparet sine mora facturus eēt: Appro pinquantem cōprehendi Iussit: atq⁹ propalā quæ forent Traiani. consilia exquisiuit. Mox nihil omnino fatente in libera custodia tenuit: Interea Traianum per litteras monet se non aliter longinū e uinculis emissurum: nisi sibi ignosceret: pacemq⁹ recōciliaret: Ad hec Traian⁹ media quædam respondit: ostēditq⁹ se non tanti facere longini Salutem: ut belli: & pacis momēta in eo ponerent: De cebalus & si iratus animum tamen aliquantulum compressit: Necq⁹ ad cedem lōgini statim prorupit Verum longinus cum se obſeruari uideret: & sæpius quidnam rerū ageret exquiri ebibito ueneno cuius tūc copia superat se ipsum iteremit. Per ea tempora Traianus Lapideum pontem in Istro fecit: opus sane mirandum: & maxime memorabile:

Cui cætera illi<sup>o</sup> opera uix adæquare possis: uiginti  
stant ex quadrato lapide pilæ: quarū altitudo cētū  
& quinquaginta pedum præter fundamēta habet  
Latitudo sexaginta pedes continet: Distant inter  
se centū: & septuaginta pedibus: Fornicibus uero  
coiungunt: Impēsa pfecto ingēs & uix credibilis  
Sed illud mirari conuenit: qua nā ratione: & qbus  
uiribus: quoue artificio in illa gurgitū altitudine  
tanq̄ præcipiti fluvio tū singulæ columnæ extrui  
ualuerint: Tantarum molum fundamēta stabiliti  
uada preterea limosa erāt: Neq̄ amnis alio auerti  
poterat: Quanta uero altitudo sit aquæ: et q̄ late  
pateat amnis haud equidem enarrauerim. disum  
ditur per ea loca spacious: atq̄ interim imbrium  
mole cōcittatus ripas lōgius summouet: alibi uero  
duplo atq̄ interim triplo priore sui parte maior  
aut restagnat: aut defluit: qua uero arctatur Vorti  
cosus & ferox edifica: & pontes non patitur. & rur  
sum liberatus angustiis in pelagi formam totus ex  
spaciatur: Iterumq̄ coit: quasi retentus profundi  
or: & rapidus fertur: arduum igitur: & maxime la  
boriosum fuit in ea fluminis parte pontem edifi  
care: ex hoc sane ingens traiani animus arguitur:  
atq̄ adeo magis quod nullum commeandi usum  
pons præbebat. Pilæ etiamnū extāt: ceu in ostēta  
tionem potentia: & cæsaris opū fabricatae: simul  
ēt ut posteris testatum maneret: Nihil esse quod

*Dambinus*  
Domib⁹ la  
pideo pōto  
iunctus.

Pons ingē  
ti substrui  
ctione.

*Constituta  
Corduq  
ibz eutill*  
Istri amnis  
natura

Traiāi ani  
mus ingēs.

Romanor̄  
potentia.

*Adrianus  
pōtē demo-  
litus est.*

*fortitudo in exibitali  
militis*

homínū manu: & opibus romani imperii effici non posset. Ponte danubium ideo traianus cōiungere uoluit: ut expediti? uel cōglaciato amne præsidia facultas transeunda foret: quotiens romam qui trans danubium ageret a barbaris bello: & armis uexaretur: Ergo uel a stricto frigoribus fluui cum res deposceret commeare licebat: Cæterum contraria ratio adrianum mouit: Siquidem is ueritus ne pulso romano præsidio: aut oppressis legionibus feræ: & indomitæ gentes facto aditu ea loca inuaderent: que cis danubium sunt: Misiamq; subinde popularentur structuras: & fornices quantum super aquam eminebant demoliri iussit: Trajanus uero ponte istrum transgressus bellum magis pro fiducia uirium q; pro studio: aut industria gerens illic commoratus: Dacos tandem subegit: atq; in debelando hoste multa egregii ducis: & fortis uiri opera edidit: Complures militum pericula intrepidi adiere: pugnando alii multa fortiter fecerunt: Forte eques accepto uulnere de pugna edux et? ut scilicet adhibitis remediis sanari posset. De spata salute protinus de tabernaculo exiuit: Non dum enim uis mali uitalia occupauerat: In acie constitutus magna tum iactando tum etiam faciendo animam afflauit: At decebalus cum capta Regia uicina omnis regio in potestatem romani

populi uenisset usq; ad Captiuitatē picitatus mor  
tem sibi consciuit: Cuius caput deinde romam de  
latum fuit. Ita dacia iuris & ditionis romanæ facta  
est: Quam mox traianus in prouinciam rededit:  
Vrbes condidit & colonos deduxit. Regios uero  
thesauros quos decebal<sup>2</sup> subter uada sargetiae am  
nis haud procul a regia occultauerat inuenit: Flu  
uium forte rex captiutorum duntaxat manibus &  
opera de proprio cursu auerterat: atque effossis  
subinde uadis in specu magnā uim auri & argen  
ti occuluit: preciosissima quæque & eos liquo  
res qui recondi: & seruari poterant eodem conge  
rens: Quibus cōfectis: ne quispiam que gessisset  
proloqui posset. omnes qui facti consciii erant oc  
cidi iussit: At bicolis captiuus cui res cognita erat  
abditos thesauros indicauit. per idem tempus pal  
mas syrie præfectus eam arabide partem: quæ ad  
petrā uergit edomuit: Traianum romam repetē  
tem plurime barbarorum gentium legationes: atq;  
etiam indorum legati adiere: spectacula magnifica  
per centum: & uiginti dies rome edidit: Iugulata  
sunt aliquando mille: interim decem millia bæstia  
rum: partim feræ partim mansuetæ: & innumeræ  
biles gladiatores decertarunt: per eadem tempora  
in pontinis paludibus uia saxo constrata est: secun  
dū quā dom<sup>2</sup> edificatae sūt: pōtes præterea magni

Decebalii  
mors.

Dacia iuris  
& ditionis  
romanæ.

Thesauri i  
alueo flu.  
occultati.  
Sargetia  
flu.

Palmas sy  
rie præfectus.  
Arabia pe  
træa.

Indorū le  
gatio ad  
traianum

Spectacula  
cxx.dierū.

Via in pōti  
nis paludi  
bus.

Licinius  
sura.

Suræ opes.

sinonib<sup>z</sup>  
cōfūmōr

I hūdū T  
ull cōfū  
cōfūmōr  
cōfūgōz  
Dēs vñ

Barbam ro  
mani tōde  
bant.  
Tondere  
barbam.

Parazoniū  
Tribunat<sup>z</sup>  
Insigne.

fice structi: Improbi: atq; adulterini nūmi confla  
ti sunt: Suræ licinio q; tūc deceßerat: & sepulchrū  
fieri: & statuam dari de publico mandauit eo diui  
tiarum atq; potentie suras processerat: ut Gymna  
sium Ro. populo suis impensis sustruxerit Incre  
dibilis fides: & suprema amicicia inter utruncq; in  
tercesserat: Forte insidiarum aduersus imperatorē  
Suras accusabatur: Emuli subinde instare: reūq;  
urgere: Tunc traianus uel Inuocatus in Domum  
illius cenaturus accessit: Demissisq; stipatoribus  
atq; satellitibus medico Suræ oculos inspiciēdos  
deniq; accersito illius tonsore mentum radendum  
commisit: Vtruncq; enim ex ueteri instituto tum  
Romāi Ciues tum ceteri imperatores preter unū  
Adrianum facere soliti erant: Hic primus cæsa  
rum barbam nutrire cepit: Post hæc Traianus lo  
tus accubuit: atq; postridie ad eos conuersus: qui  
Suram insimulare non cessabant: Ecquid inquit si  
uim mihi parabat sura: ut dicitis cur heri me non  
occidit: Per multa sane traianus & fecit: & tentav  
uit periclitandi hominis gratia & quamuis læpius  
illum quidam accusarent: Nunquam tamen indu  
cipotuit: ut quicquam ab eo metueret. Q uin eti  
am cum Tribunatum militum ei traderet Parazo  
nium quo pro dignitate accingendus erat: nudum  
ei porrexit: At talis inquit ensem accipe: quē pro  
me ita demū strixeris; si iuste imperauero. Q uod

si perperam quicquam per me fieri cognoueris: eo  
in perniciem meam utaris uelim: Statuas etiam  
& imagines Sosiae Palmæ & Celso cōstituit: quos  
uiros precæteris coluit: & summo in honore habu-  
it: & si qui aduersus coniurassent: eos cognitione  
senatui delegata puniri uoluit: Inter reos: & Cras-  
sus nominatus erat: Bibliothecas extruxit: & in fo-  
ro ingentem columnam statuit: Siue ut ea pro se  
pulcro esset: siue in ostētationem eius operis quod  
ille circa forum egit: Cliuus surgebat quem effossa  
quoquo uersis terra ita complanauit: Ut undeq;  
columna conspiceretur: Forumq; deinde in aree  
modum æquatum mansit: Post hec armeniis: atq;  
parthis bellum inferre statuit: Hūc pretextum bel-  
li faciens: quod armeniorum rex diadema: & cæte-  
ra regni insignia atq; iura non abse: sed a partho-  
rum rege uelut illi obnoxii? sumplisset: Re autem  
uera cupidine magis gloriæ Impulsus est: Namq;  
simul ac parthorum & arméiorum fines ingressus  
est: Regionis satrapæ ipsiq; mox Reges cum mu-  
neribus ei occurserunt: equumq; duxere ita edox-  
etum ut regem adoraret: Nā pedes anteriores in  
mōrē supplicatis flexit: Caputq; pedibus qui pro-  
ximus esset subiecit: Traianus cum fere uicina om-  
nia sine armis & certamine subegisset in Satala: &  
Elegiā armenie sunt oppida protin' transiuit He-  
niochorum Regem prosequutus honore est: Par-

Sosia pal-  
mas celſus.

Bibliotheca  
cas extru-  
xit.  
Columna  
Traiani

Reges ab  
Imp. Rom.  
Diadema  
ta accipie-  
bant.  
Equi Imp.  
supplex.  
Equi mira  
docilitas.  
Satala  
opp.  
Elegia  
opp.

Parthama  
fires Arme  
niae Rex

Traianus  
optimus ap  
pellatus.  
Optimi co  
gnomentū  
Trajanum da  
tum.

Militaria  
Traiani stu  
dia.

Nisibis  
Bactra.  
Optimi co  
gnomen.  
quanti.

Antiochiae  
clades ex  
terremotu.

thamasirem : qui in Armeniis regnabat grauiter  
mulctauit. Ita omni potitus armenia Reges : qui  
sponte ditionem fecissent: aut in fidē uenissent.  
Hos ut amicos benigne habuit : qui uero contux  
maces obsequum abnuissent parereq; recusassent:  
eos omnes paruo negotio subegit : Tum in hono  
rem eius multa senatus decreuit : atq; illud in pris  
mis ut optimus appellaretur: pedibus fere ingrex  
diebatur : cum exercitu Milites per omne iter in  
structi: & parati erant : ordines nunquam eodem  
modo ductare : atque interim aliter q; suetus esset  
instruere: Q uotiens flumina transeunda haberet:  
ipse audius pedibus sicut miles traiciebat. Rumo  
res de Hoste falsos plarunc; dissipabat etiam ad  
uersus ea que speculatores exposuissent: Ita milia  
tes quae imperasset diligentius exequabantur : &  
ad omnia belli momenta parati & intrepidi erant.  
Nisibi & Baçtris mox potitus parthicus appellav  
tur: Nihil tamen eum magis q; cognomen Optimus  
iuuit: Ut pote moribus & mansuetudini eius max  
ime conueniens. Armorum etiam & belli huitis  
modi appellatio propria uidebatur: Dum uero an  
tiochie Traianus ageret atrox : & funestus motus  
terre accidit vicinis urbibus atque populis cladem  
etiam afferens : quanquam ipsa Antiochia insigni  
& publica strage uastata fuit. Hyemabat in ea

forte Traianus : atque illuc milites frequenter : &  
priuati complures conuenerant : Alii præterea ut  
iura acciperent : quosdam legationis officium :  
merces : & priuata compendia traxerant : q̄plu  
rimi uisendi Imperatoris : & spectandorum lux  
dorum gratia confluxerant . Ita uix ulla natio  
aut ciuitas a detimento : & clade immunis extin  
tit : ut plane uniuersus terrarum orbis : & po  
puli qui Romano parebant imperio calamitatem  
ingentem acceperunt : Motum terre fulmina pri  
mum antecesserunt : Tum uenti insoliti : atque  
peregrini uehementius spirauere : quibus mon  
stris atque prodigiis : & si grauia : & horrenda  
uidebantur : Nemo tamen quæ mala sequuta ex  
timuit : Tum magno : & repentina oboto fra  
gore Maria feruescere fluctus intumescere Ad  
hus æstus uehementius : & uiolentius insurge  
re : Terra omnis succuti : domus ædificia con  
trario ictu quassari Dissilire alia & superne as  
sultantia tecta concidere crepitus audiebatur in  
gens & horribilis : Mœnia contrario pulsu mov  
do huc : modo illuc nutantia confringi & ruer  
re : Mare ipsum turbine contorquebatur : terra  
autem ubi ædificia non erant maximo com  
pulta motu assultabat : Tetra omnia erant

Terremot⁹  
ingens.

Terramot⁹  
t⁹ artificio  
sa descrip  
tio.

1. iiiii

simul contrita ligna. Collisa: uasa fictilia: & saxa ac  
ceruatim magno cum stridore proruebant: Pul  
uis densus: atq; concretus excitari tantaq; obdu  
cta calligo cuncta oppresserat: Ut alterum tude  
re alloqui: & audire minime cuiquam immo spira  
re quidē ingruente uento: ac puluere liceret: Mul  
ti mortales extra domos uitæ periculum adiere:  
Præcipites tectis erūpebāt & uelut agmē fugien  
tes in aceruos cogebant: Qui oēs ceu a precipiti  
loco deiecti elisi sunt: Non pauci adhuc mutilato  
corpore abiēre: Arbores radicitus conuulsæ pro  
cubuerunt: Ingentem turbam prostrata tecta: &  
subuersi muri obruere: primo impetu densi alius  
super alium incidentes extinguebantur: Siqui ue  
ro lacero corpore aut lapide uel ligno conuerbera  
ti cessissent. Hi profecto omnium miseriimi erāt:  
Ut pote quibus aut uiuere: aut subito mori nega  
retur. Non simplex fuit clades: Siquidem de tam  
to mortalium numero uix sine noxa unius & alter  
euasit. Videre erat hunc confracto humero illum  
amissis brachiis fugere: Complures capite adem  
pto iacebāt: quidam eliso pectori sanguinem euo  
mebant: Inter quos pedo cōsul: Qui tamen haud  
ita multo post animam emisit: atque ut semel om  
nia complectar nullum non calamitatis & miser  
iae genus mortales illi sustinuere sed diutius nov  
etu: & interdiu id agente fato terra contremuit:

Pedo col.

Tunc uitæ dubii & paurore consternati miseri tan  
to malo remedium: aut effugium inuenire non po  
terant: oblaesi testorum casu passim moriebatur:  
& quāquam fornices & concamerata atque uacua  
loca prout casus adegerat: tum perystila pensiles  
que horti intercedente ligno a morte quosdam ser  
uassent: hi tamen omnes durante motu fame & ine  
dia priusquam opem quisquam ferre posset conse  
eti fuere: Disinente tremore quidam ruinas ascen  
derunt tunc mulieris uox: & infantis uagitus audi  
tus est. Matrem & filium ruinæ oppreserant: Mi  
randumq; fuit quo pacto alendo puero lac suffici  
cere potuerit: Sed Mater & filius terra incolumes  
eduicti sunt. Dum uero accuratius protrita cada  
uera: & collapsas domos rimaretur: alter infans in  
uentus est qui matris mortuæ ubera adhuc suge  
ret: omnibus autem qui ab excidio & clade super  
fuerunt salus ingrata & uita molesta extitit. Cum  
luctuosum urbis casum: totque obrutos mortales  
cernerent hac cōmuni: & miseranda populorum  
strage miserima & infelicissima tunc antiochia af  
flicta fuit: Traianus uero a tam foedo diroq; peri  
culo per fenestram domus quam inhabitabat: uix  
ablatus est: accedens forte quidam humana maior  
effigie illum inter exiguo testorum lapsus incolu  
men subtraxit: sed tanta deinceps cesarē formido  
tenuit: ut cum iam aliquot dies tremor quieuisset

Pathetica  
narratio.

Traianus a  
diis serua  
tus.

in hippodronio subdiuo: & in publicis tabernacu  
Casius mōs his uitam ageret: Mons item casius ita concussus  
est ut nutante cacumine quasi conuulsus in subie  
ctas urbes labi existimaretur: subsedere & alii mō  
tes quin etiam aquarum fontes non ante uisi emi  
cuere: Fluuii quoq; defecerunt: Ceterum traianus  
appetente iam uere hostilem terram aggreditur:  
Sed regio que Eufratem attingit neque ligna nec  
cæteram materiam fabricandis idoneam nauibus  
Ferebat: Quare nauigia in nemore circa Nisibim  
edificata ea plaustris imposita in fluuum transpor  
tari iussit: Sic enim compacta erant: Ut soluta de  
nuo coniungi possent: Ergo cum iuxta Cardynon  
Mōtem Fluuum difficulter ponte Iunxit: Bar  
